

Theophili Raynavdi Societatis Iesv Theologi, Opera Omnia

Tam hactenus inedita, quàm alias excusa, longo Authoris labore aucta & emendata : Accessit Tomvs Integer Complectens Indices Septemdecim in vniversum Opus, omnium quotquot prodierunt locupletissimos, Qvibus Absolvvtvs Divinae Av Humanae Eruditionis Thesaurus Orbi literato aperitur ; Adiectus est ...

Raynaud, Théophile

Lugduni, 1665

Cap. I. Christus Ecclesiæ sponsus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79582](#)



CAPUT I.

Christus Ecclesia Sponsus.

314 **H**VNC esse vnum è Christi titulus, dubitare non licet; cum ut alia nunc loca dimittam, totum Canticum Canticorum, eam Christi nomenclaturam exhibeat. Est autem titulus suadissimus; [Nec enim fuit inuenta æquæ dulcia nomina, quemadmodum sponsus & sponsa; quippe quibus omnia communia sunt, nihil proprium, nihil à se diuisum habentibus; vna virtusque hereditas, vna domus, vna mensa, vni thorax, vna etiam caro.] Verba sunt S. Bernardi hom. 7. in Cantica sub initium.

Christi vt, Verbi sponsalia, cum humana natura.

Vt autem solidè & inordinatè procedamus, variisque Scripturarum & Patrum locis accommodata sit tractatio, fecerenda sunt Verbi sponsalia à sponsalibus Christi, Vtraque Honori Augustodunensis in sigillo B. Mariae distinxit, & Toletus in cap. 3. Ioan. annot. 37. Imo & Innocentius III. cap. Debitum de Digamis; eum matrimoniorum carnale dixit à Christo euctum esse in signum, & unionis Verbi cum carne, & unionis Christi cum Ecclesia. Priora sponsalia sunt, quibus Verbum Dei desponsavit sibi humanitatem illam singularē quam sumptis de Virgine Maria. Eum enim fuisse diem despontationis Verbi, retulimus supra ex Ambrofio, tractantes diadema regis gloriae: & confirmare videntur plerique Patres agnoscentes nuptias in Deiparæ vero celebratas per incarnationem. Unde illa crebra virginie veteri elogia, quod fuerit sponsi thalamus. Ita S. August. Psal. 4. Epiphanius de laudibus Deiparæ, & alij mox referendi. Scitè Anastasius Sinaita 3. Hexaëm tractans diem tertium mysticum quo factæ sunt nuptiae in Cana, ait Cana idem sonare ac creaturam, signarique nuptiis illis, tertia mundi die celebratam, incorruptam unionem Verbi & humanitatis.

Eodem Cassianus lib. 5. de Incarnat. cap. 11. refert illud Christi Matth. 19. quod Deus coniunxit, homo non separat. Virgens enim aduersus Nestorium, solutionem I E S V in duas personas, affirmat; Christum tametsi de carnalis coniugij solubilitate rogatum, & de illo, & altiore sensu de diuinio Verbi cum humanitate coniugio respondit, quod Deus coniunxit, homo non separat: Eoque Iep̄t̄as Christum, probat ex eo quod Apostolus Ephes. 5. disputans de carnali coniugio de quo Christus fuerat interrogatus, iisdem veteris Testamenti locis vsus fit, quæ Christus protulerat; propter hoc relinquit homo patrem & matrem, & adhæret vxori sua: quæcum retulisset cum magna clamoris protestatione subiecit, sacramentum hoc magnum est. Quid verò sit magnum illud sacramentum de quo ibi Apostolus, ex alio eius loco erui vult Cassianus; nempe ex 1. Timoth. 3. vbi hæc verba habentur; manifestè magnum est pietatis sacramen-

tum quod manifestatum est in carne; subdit Casianus cap. 12. Quod ergo magnum est illud sacramentum, quod sub viri atque uxoris nomine designatur? Apóstolum ipsum interrogamus, qui ad docendam eandem rem alibi verbis ipsius vñus est, dicens: Et manifeste magnum est pietatis sacramentum, quod manifestatum est in carne, iustificatum est in spiritu, apparet Angelis, prædictum est Gentibus, creditum est in mundo, assumptum est in gloria. Quod ergo magnum illud est sacramentum, quod manifestatum est in carne? Deus scilicet natus è carne, Deus vñus in corpore, qui utique sicut palam est manifestatus in carne, ita palam est afflūptus in gloria. Hoc ergo magnum est sacramentum, de quo ipse ait: Propterea relinquit homo patrem suum & matrem, & adhæret uxori sua, & erunt duo in carne vna. Qui fuerunt ergo duo in carne vna? Deus scilicet atque anima. In una enim quæ Deo vñta est carne hominis, Deus est, atq; anima. Et mox. [Propterea ergo homo ille, de quo Propheta dicit, frater nō redimis, sed in homo. Qui, ut dictum est, ascendit ubi era prius, de quo legimus: Nemo ascendit in celum, nisi qui de celo descendit, filius hominis qui est in celo,] Propter hoc, inquam, reliquit homo patrem suum & matrem: id est, Deum ex quo natus est, & Hierusalem illam, quæ est mater omnium nostrorum; & adhæret humana carne, quæ vñxi sua. Et idcirco de Patre exp̄s dicit: Relinquit homo patrem suum; de matre autem non dixit, suam, sed tantummodo matrem posuit, quia non tam ipsius erat mater, quām vñxeretur, sicut credidit, id est, omnium nostrum. Et adiunctus est uxori sua; quia sicut vir & mulier vñus corpus sunt, ita maiestas diuinitatis & caro hominis vñiuntur, & facti sunt duo, id est, Deus atque anima in carne vna: quia sicut cœ illa habitatore in se habuit Deum, ita animam quoque in se cohabitantem Deo. Hoc ergo magnum est illud sacramentum, ad quod inquit dum nos admiratio Apostoli vocat, & adhortatio diuinitatis inuitat.]

Confirmat similiter has nuptias, sed, aliter matrem & Christo reliquam accipit Laurentius Iustin. lib. de Triumphi Christi agone c. 2. [Dominus Iesus (inquit,) Dei & hominum mediator ipse est, qui ob amorem sponsæ immaculatæ Ecclesiae reliquit in cœlo patrem suum, quando formam serui suscepit semetipsum exinanivit. Reliquit & matrem, dom Synagogam de qua, carnis trahebat originem, proper infidelitatis demeritum repudiando contempnit, siveque adhæret uxori, quoniam in cruce pendens dato sanguinis pretio, atque quod lacuero, sibi eam inseparabiliter copulavit. Cui etiam pro amoris pignore, proque federe maritali corporis & sanguinis sui sacramenta concessit, vt non solùm in spiritu, verum etiam essent duo in carne vna.]

Sed insigniter, iisdem Verbi cum humanitate sua sponsalibus, astupulatus S. Augustinus tract. 1. in Epist. Ioan. initio verbis illis. [Vnde potuit videri in Sole, qui fecit Solemnitati, quia in Sole posuit tabernaculum suum, & ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo, exultauit ut gigas ad curvantiam viam? Ille ante Solem qui fecit Solem, ille ante Luciferum, ante omnia sydera, ante omnes Angelos, verus creator, quia omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso facta sunt]

factum est nihil. Ut videretur oculis carneis qui Solem vident, ipse tabernaculum suum in Sole posuit, id est, carnem suam in manifestatione huius lucis ostendit: & illius sponsi thalamus, fuit uter Virginis, quia in illo vtero Virginis coniuncti sunt duo, Sponsus & Sponsa. Sponsus Verbum, & sponsa caro; quia sic scriptum est. *Et erunt duo in carne una: & Dominus in Euangeliō, Igītū iam non sūnt dūo, sed vna cāro: & Elāias optimē meminit, vnum esse ipsos dūos: loquitur enim ex persona Christi, & dicit, sicne sponsus imp̄ficiū mībi miram, & sicne sponsus ornauit me ornamento. Vnus videtur loqui, & sponsum se fecit, & sponsam te fecit, quia non duo sed vna cāro. Quia Verbum eārū factū est, & habitauit in nobis, illi carni adiungitur Ecclesia, & fit Christus totus, caput & cor-*
pus.]

*Deipara Christi sponsa, in hoc sensu
sponsalium, Gabriele paranypho
plaudente terra.*

815 Referendum planè est codem, quod aliqui Christum *sponsum* & Deiparam *sponsam* nominant. Habent enim rationem humanitatis ex Virgine assumpta, & Verbo coniuncta. Ita Epiphanius orat de laudibus Deiparæ *sub initium*, [Sancta puerla Virgo Maria, est sponsa Trinitatis & thesaurus dispensationis plane arcarius, cui Gabriel inquit, *Ave grāia plena, Domina tecum. Subiunxit Gabriel. Et pater misit archabonem de caelo Spīritū sanctū: præparauit Virginem unigenitū filio cœlesti ipso, quam Pater dilexit, filius inhabuit, Spīritus sanctus percipiuit. Ipsa est enim sponsa & thalamus, & ex ea sponsus procedit Christus Virginis indumentum, iuxta saudem Dauidis Propheta cantionem, *In sole posuit tabernaculum suum, & ipse tanguam sponsus procedens de thalamo suo. O sponsi desiderium summa puritati. Propriam ancillam, sponsam & matrem sibi desponet. Gabriel effectus conciliator Virginis, cœli & terra incensum ac suffitum, vna copulans. Quam quidem Virginem, Piophora clare descripserunt, dum prædicarunt seriem nuptiarum: nimirum quomodo Virgo inuenit esse cœlestis sponsa & mater, quæ donorum antenuptialium nomine, Spīritū sanctū accepit, doris verò gratia, cœlum vna cum Paradiſo. Quærebat ergo Virgo conspicere, quem desiderabat, inquiens, Vbi est sponsus, cuius pulchritudinem exopto? Vbi est pulchritudo? Vbi totius formæ gloria ineffabilis? Vbi lumen quod extingui nequit, quod ego summo cum desiderio requiro? Alios similiter locutos, Christumque *sponsum*, Deiparam verò *sponsam* confentes, profero in Nomenelatoris Mariae ni Glossario, V. *Adiutorium Altissimi, & V. Nympha Dei.* Nec alio sensu, Deipara à Richardo Victorino suo c. 39. in Cant. dicta est. *Cristi species id est sponsa, iuxta phrasim Scripturæ, quæ coniungit vocat speciem viri.* Ut apud Iobum, *vistans speciem tuam non peccabis.* Et Psalm. 67. *specie domus, dabit dividere spolia.***

Horum sponsalium de præsenti, atque adeo etiam nuptiarum Paranyphum ac pro nubum, statunt S. Gabrielem. Sic enim Gregorius

Thaumat. Orat, *de Annunciatione* ait, [Mifus est Gabriel, ut dignum purissimo sponsi thalamum pararet: mifus est Gabriel, ut inter creaturam & creatorem sponsalia contraheret.] Passim etiam Patres agentes de Annunciatione Deiparæ, vocant Gabrielem, *paranyphum.* Datem despōnæ humanitati a sponsi pro veteri vnu collatam, nemo sat isequatur. Præter imēniam quippe spiritualium opum molem, qua ditauit humanitatem sibi copulatam, indita substantia animæ gratia habituali prope infinita intellectu autem donis omnibus ei convenientibus uberrimè illustrata, tandemque voluntati immisissim virtutum omnium floribus: conculit eidem, supra quod conferre nihil potuit, locupletissimus licet atque copiosissimus; diuinatatem scilicet suam, atque personam. Quid tali dote locupletius? Omnes nos titulo viriæ Verbos sororis nostræ, eius inquam humanitatis, quæ os nostrum & caro nostra est, cognati Deo facti sumus, contracta eminentissima affinitate cum ipso Deo: Et pacis feedera, (quod Guilelmus Paracelsus cur Deus homo cap. 7. *sub finem*, recte considerat) Deum inter ac nos, firmata.

Gaudium inde & exultatio vniuersæ creaturæ, ut his verbis tradit S. August. Orat, contra Iudeos & Paganos cap. 10. [Dei filius & hominis filius. Dei filius de corde patris; hominis filius ex vtero matris. Idem ipse unus Christus, qui processit ex vtero virginale tanquam sponsus de thalamo suo. In quo vtero spiritales nuptias celebrat. Deus coniunctus est carni, & caro adhæsit Deo, ut esset unus Christus & totus homo. Hic ergo procedens velut sponsus de thalamo suo, ad cuius nuptias commota vniuersa exultare visu est creatura. Namque Angelotum chorus, ex his nuptiis, pacem designat hominibus bona voluntatis: quia qui erat Dei filius, factus est hominis filius, sufficiens quod non erat, non amittens quod erat. His nuptiis ecclesi nouam stellam, nouum atque splendidum lumen illo ipso sponsu operante producent: ut lumen verum sedentibus in umbra mortis nuntient natum, & velut in lingua sua laudent hanc sponsum procedentem, quem sciebant ad hoc sufficiere hominem mortalem. Ad hanc sponsam Magi ab extremo terræ veniunt, commoniti requirunt, vocati munera offerunt, infantem natum nec dum quidem videntes, sed stella indice Regem adorare cupientes.]

*Expensio horum Christi sponsalium, ad
Eucharistiam.*

816 Non plura de Verbi sponsalibus per coniunctionem cum singulari illa humanitate quam assumpit: quam coniunctionem verum est posse sponsalium & nuptiarum Symbolo utrumq; adumbrari: dummodo tamen caueatur error Theodori Mopuesteni, damnatus in quinta Synodo collat. 5. Can. 10. eo quod diceret, (verba sunt canonis) talēm factam esse unitiōnem Dei Verbi ad Christum, id est eius sanctam humanitatem, qualem dixit Apolotus de viro & muliere, *erunt duo in carne una.* Quamquam loca Theodori quæ ad eum purgandam profert Facundus lib. 9. cap. 1. coniugium Christi per affectum, ad solam Ecclesiam referunt non autem

ad singularem humanitatem Verbo copulatam in Christo. Quod verò Methodius in decem Virginum symposio, has ipfas Christi sponsi, nuptias, extendit ad corporis Christi in Eucharistia participationem per vnumquemque fideliū, eodem iure factum est, quo à sancto Chrysostomo hom. 60. ad populum, Christus uniuersique fideliū le per Eucharistiarū vniū dicitur. Locum Methodij à Photio compendio adductum Cod. 237. & à Thoma Bosio lib. 1. de signis cap. 8. in fine, necnon à Turriano exscriptum lib. 2. de Eucharistia cap. 7. iuvat adscribere. [Homo (inquit) mixtus & temperatus cum sapientia & vita, hoc factus est quod erat quod in ipso habitauit φῶς ἀργατος, idest lumen purum, (Verbum Dei dicit:) Vnde inquit recte Apostolus ad Christum retulit illa de Adam. Sic enim maximè congruit ex ossibus eius, & ex carne eius, Ecclesiam esse factam, propter quam relicta Parte in ecclis descendit Verbum, & adhæsit vxori, & dormiuit soporem passionis mortis pro ea, ut exhiberet sibi Ecclesiam gloriosam, & omnis macula experient, emundans eam lauacro ad excipiendum spirituale & beatum semen quod ipse infonat, & inserit in profundo mentis. Excipit autem illud ipsum semen & format Ecclesia instar vxoris ad generandam virtutem & alendam. Hac enim ratione impletum illud, Credite & multiplicamini, capiente Ecclesia incrementum per congressum & communionem Verbi, quod adhuc ad nos se demittit, & soporem capit, secundum commemorationem passionis. Non enim potest aliter Ecclesia concipere credentes, & regenerare per lauacrum regenerationis, nisi & Christus propter eos se exanimans, ut capi possit, secundum commemorationem (vt dixi) passionis, iterum moriatur ē cōdo descendens, adhærensque vxori sua, praebeat virtutem quandam lateris sui, ut augentur qui in eo edificati sunt omnes per lauacrum regenerati.] Idem habet S. Ephrem. serm. de iudicio adductus ibidem à Turriano pag. 148.

De Aliis verē Christi sponsalibus, que cum Ecclesia; sensus Patrum.

317 Venio ad alia Christi sponsalia, quæ scilicet inter Christum & Ecclesiam celebrata statuantur. Nam cum Christus non sit humanitati coniunctus, sed Verbum, quod est aliquid à Christo diuersum; cogimus hic vbi de Christi titulus est sermo, priores illas nuptias dimittere; & alias in quibus verē Christus sponsus est confederare. Præter quāmquid, cum nuptiæ ac sponsalia non nisi inter personas duas incantur, nec fas sit agnoscere in Christo nisi vnam personam, minus expedite (ex hoc quidem capite) aptantur ad Incarnationis mysterium quæ de divini nuptiis & sponsalibus in Scripturis sspè produntur. Observauit hoc iam pridem S. Gregor. hom. 38. in Euangelia tractans parabolam Euangelicam de nuptiis a patre Rege, filio factis ut haberet Matth. 22. [Tunc, (inquit,) Deus Pater, Deo filio suo nuptias fecit, quando hunc in utero Virginis humanae naturæ coniunxit; quando Deum ante secula, fieri voluit hominem in fine seculorum. Sed quia ex duabus personis

fieri solet ista nuptialis coniunctio, adhuc hoc ab intellectibus nostris, vt personam Dei, & hominis Redemptoris nostri Iesu Christi, ex duabus personis credamus vnitam. Ex duabus quippe, atque in duabus hunc naturis existere dicimus: fed ex duabus personis compositum credi, ut nefas, vitamus. Apertiū ergo argu faciūt dici potest, quia in hoc Pater Regi filio nuptias fecit, ei ei per Incarnationis mysterium sanctam Ecclesiam sociavit.]

Video in candem de Christi sponsalibus sententiam, confipere passim Patres, eoque accommodare Scripturas quibus Christi nuptie, aut sponsalia memorantur: præsternique locum Apostoli ex cap. 5. ad Ephes. quem ab aliis ad Verbi nuptias trahi vidimus. Profero nomina. S. Augustinus serm. 6. de tempore cum ad geminam vniū Christi substantiam, retulisse illud Genet. 2. erunt duo in carne una. [Ibid. (inquit) Deus & homo vnu Christus.] Subdit, quod apostolus, de Christi & Ecclesia, idest Christi corpore præcepit intelligi; sicut aut, & erunt duo in carne una. Ego autem dico in Christo & in Ecclesia. Et ibidem serm. 247. agens de Patre familias qui fecit nuptias filio suo, sic scribit, [Intelligimus, hunc Patrem familias, Deum Patrem omnipotentem, cui famularunt vniuersæ familiæ gentium, qui cōeterum & cōcūalem sibi genui filium in celis sub Patre, in terris sub matre. Qui nuptias fecit, quando & Ecclesiam ex omni genere hominum sociavit. Ad hanc Christi & Ecclesia societatem, conuocati sunt nobiles & ignobles, dñites & pauperes omnis conditio, fexus, omnis ætas.]

Chrysostomus hom. 22. ex variis in Matth. locis, quia alibi item reponitur sub hoc titulo, *Laus Maximi*, tractans illud, mysterium hoc magnum est, exclamar. [Quonodo magnum est! Dic mihi, quomodo Virgo afflustrata omni tempore, sponsum nunquam ante viuum, mox à prima die desiderat, & amat tanquam corpus proprium? Rursum vir quam nunquam vidit, nunquam allocutus est, eam mox à prima die prefert cæteris omnibus, & amicis & familiaribus denique ipsis parentibus. Parentes item si pet allam causam auferatur eis pecunia, dolentes ferunt, & in ius trahunt quia abstulit: homini autem sspè nunquam ante viuo & ignoto; etiam dotem vnu cum filia lueulentam in manus dant, idque libenter faciunt, neque se damno affici existimant. Sed videntes abducunt filiam, non menorunt confuetudinis, non dolent, non anguntur, sed gratias agunt insuper, & rem opabilem putant, filiam à penitibus cum multa abducunt pecunia. Hæc igitur omnia Paulus considerans, quod parentibus relatis ambo sibi multius iunguntur nexibus, nouumque consortium maiorem antiqua consuetudine vim accepit: animaduertēntque non esse hoc humanum negotium, sed diuinitus amores talos inferi, ut nuptiae pari eloquentur atque assumantur laetitia, mysterium (inquit,) hoc magnum est. Et quemadmodum recens natus infantibus ex alpestrum statim parentes noscitar prius quam voces possit edere: ita sane & sponsus ac sponsa nemine sequento, nemine horatore, primo statim alpestrum conciliantur inuicem. Id cum in Christo etiam animaduertissem & Ecclesia, non sine stupore quodam admiratus est. Quonodo igitur in Christo & Ecclesia idem configit. Sicut sponsus reliquo

relicto patre ad Sponsam properat, ita & Christus reliquo paterno solio venit ad Sponsam. Nō nos euocauit ad supera, sed ipse vlt̄ ad nos aduenit. Cum autem aduentum audis, non migrationem sed condescensionem intellige. Nam etiam cum nobiscum esset, cum Patre erat. Quapropter (inquit,) mysterium hoc magnum est. Magnum etiam fānē apud homines, sed eum video in Christum quoque & Ecclesiam idem competere, tum vtr̄ mīaculo rei reddor attonitus. Quamobrem cum dixisset, *mysterium hoc magnum est, subiectū mox; Verū ego loquerer de Christo & de Ecclesia.* Itaque cum scias quantum sit in coniugio mysterium, & quanti figura negotij, non temere de hoc delibera.] Et homil. 1. in Epist. ad Collos. grauiissimè expoſulat quod in nuptiis, vbi Christi mysterium exhibetur, & coniunctio Christi cum Ecclesia recolitur, tam multa ſcēdē à plerisque admitterentur.

818 Hieronymus Ephes. 5. ad illud, *propter hoc relinquet homo,* laudato in eandem lentianam S. Gregorio Nazianzeno, qui ad tanti mysterij profunditatem hæſſe Apostolum omnia ab ſe capi poſſe deſpondenteum, affirmat coniugium Adam & Eva, nuptias Christi & Ecclesiae p̄fignasse docet, & idecirco ait Apoſtolum, sacramentum magnum, eſe interpreta- tum in Christo & in Ecclesia; [vt Adam Christum, & Eva perfiguraret Ecclesia. Factus eſt enim nouifimus Adam in ſpiritu viuifican- tem. Et quomodo de Adam & vxore eius, omne hominum nascitur genus; ſic de Christo & Ecclesia, omnis credentium multitudine genera- ta eſt. Quæ vnum Ecclesia corpus effecta, tur- sum in latere Christi ponit, & costa locum replet, & vnum viri corpus efficit ipo Domi- nino id in Evangelio poſtulante: *Pater da, ut quomodo ego & tu vnum fuimus, ſic & ipſi in no- bia vnum finis.*] Et mox, iis relectis qui omnia que de Adamo & Eva ſunt dicta, de Christo & Ecclesia prænuntiata eſſe volunt, cum tantummodo ad eam rem pertineat locus ille ab Apoſtolo ex Genesi adductus quo deferendus ab homine pater, deſerenda & mater vt vxori ad- hæreat, pronuntiatur; ſubiecit S. Hieronymus, *Primus enim homo & prius vates Adam, hoc de Christo & Ecclesia prophetauit, quod re- liquerit Dominus noster atque Salvator patrem suum Deum, & matrem ſuam celestem Hieru- ſalem, & venierit ad terras, propter ſuum corpus Ecclesiam, & de ſuo eam latere fabricatus fit, & propter illam Verbum caro factum fit.* Et quia non omnia æqualia Sacramenta ſunt, ſed eſt aliud ſacramentum maius, & aliud minus, propterea nunc dicit; *sacramentum hoc magnum eſt;* ſimilque humilitatis eius indicium eſt inferentis *Ego autem dico in Christo & in Ecclesia,*

S. Ambrosius in cap. 3. Luca, agens de Christi baptismo, cum incidisset in illud Apoſtoli *sacramentum hoc magnum eſt,* interrogat *[Quod ſacramentum.]* Respondet autem. *Quia duo erunt in carne vna;* & quia relinquet homo pa- trem & matrem, & adhæribit vxori ſuę, & quoniam membra ſumus corporis eius, de carne eius, & de oſſibus eius. Quis eſt ille vir, propter quem mulier parentes relinquit? Relinquit parentes Ecclesia, qua de genitilibus populis congregata eſt: cui Propheticè dicitur, *Oblinif- cere populum tuum, & domum patris tui.* Propter

quem virum, niſi forte propter illum de quo di- cit Ioannes, *Post me venit vir qui ante me factus eſt;* De cuius latere dormientis, eſt iam Deus ſumpſit. Ipſe enim eſt qui dormiuit, & quietus, & resurrexit, quoniam Dominus ſūcipit eum. Quæ eſt huius Costa niſi vita? Quia tunc quando miles latuſ eius aperuit, continuo aqua & fanguis exiuit, qui effulſus eſt pro ſeculī vita. Hæ ſeculī vita, Costa Christi eſt: hæc Costa fe- cundi eſt Adam, primus enim Adam in animam viuentem, nouifimus Adam in ſpiritum viuifican- tem. Nouifimus Adam Christus eſt, Costa Christi, vita Ecclesia eſt. Nos ergo membra fu- mus corporis eius, de carne eius, & de oſſibus eius. Et fortſe hæc eſt costa de qua dixit, *Sen- tio ex me virtutem exiſſe.* Hæc eſt costa, qua de Christo exiuit, nec corpus eius immunit.

Pertinent quoque ad Ecclesiam, quæ ab En- nodio ſub finem Apologetici in persona Ro- manorum vbiſ dicuntur, verbiſ illiſ, [Quid tempore quo pretoſis ſiccamus vbera partibus, quo pro- lemo noſtrum aterna genitrix rufus paritura nunc ſuſcipit, cuius poſt primam nativitatem grandius ſeſtibus aliis impletur, qua mihi prole regenerando dulcem facit eſſe, quam peperi, qua de te vienientes ſenium facit exuere & ad vitæ principia redire confractoſ.]

Anaſtaſius Sinaita diuſuſſime id ipſum pro- ſequitur in Hexaēm ſub finem libri 9. & ſub initium decimi. Plagulam dumtaxat repræento ex lib. 10. ferè in principio. Ibi p̄fatoſ tam multa circa Adami & Eua coniugium tradita eſt, quæ niſi de Christo & Ecclesia in ſubli- more & altiore ſenu accipientur, minuſ vi- deantur quadratura, concluſit. [Eſt ergo omni- bus modis perſpicuum, quod ad Christum po- tuſt, & ab ipſo genitam, & ei vnitam Ecclesiam hæc referunt & praedicantur. Etenim ſolus Christus eſt & genitor & vir, ſua vxoris & Sponſæ, Ecclesia.] Et inferiuſ. [Intelliges au- tem per hanc uxorem, & viri cum ea ad glutina- tionem & adhaſionem Dei Verbi quæ per hy- poſtatiſm fit cum noſtra natura, quæ quidem eſt genitrix Ecclesiae; quoniam membra ſumus cor- poris eius ex carne eius, & oſſibus eius, conue- nienter voce Pauli: Quo fit vt quodammodo Adam fit & Pater & maritus ſuę uxoris, ſicut etiam Christus Ecclesia. Pater quidem, vt ipſam generans per aquam & ſpiritum: Maritus autem, vt qui Verbi ſemen in eam deſiciat: Per quod multos atque adeò innumerabiles hoſ filios. (Filios, inquam, gentium) ei peperit & enu- triuit, & auxit, & multiplicauit. Hoc enim mo- do, etiam Christi adiutrix dicitur Ecclesia, eo quod ipſa poſt eius aſſumptionem generet, & doceat, & illuminet, & praedicit, & conuerterat gentes ad Deum. Etenim quoniam prior Sina- goga fuit adultera, & ipſius filii quoſ Deus ge- nuit & in altum extulit, eum ſpreuerunt; propter hunc altum, reliquit Christus Patrem ſuum, nempe populum Iudeorum, & matrem ſuam Synagogam, & adhærit uxori ſuę quam ſumpſit ex gentibus, & fuerunt duo in carnem vnam vniuſ populi. *Mysterium hoc magnum eſt,* (ego Paulus die, in Christo & Ecclesia: hæc fuerunt prefigurata & prius defcripta.) Quod initio ait, coniugalem adhaſionem Symbolum eſte ad haſtionis Verbi & humanitatis; non eò pertinet quāli Verbi & humanitati ſponsalia, aut nuptias, ibi proſequatur: ſed quod ea Verbi

&

Sponsa Ecclesia, varie adumbrata.

820 Sponsa, ipsa est Ecclesia: quam quod mater sit omnium spirituali vita viventium, & Christum Adamum secundum, non fecit se habere quam Eua ad Adamum primum; S. Ambrosius lib. 2. in Luce tractans Christi Baptismum & lib. de Paradiso cap. 14. confert cum Eua. Id quod frequenter quoque habet S. Augustinus & nominatum in Psal. 126. ad illud qui mandat panem doloris, sic enim scribit, cum de Christi resurrectione postquam sedificeretur ac dormisset, disserit. [Sed ubi dormiunt: in cruce. Quando dormiuit in cruce signum gestabat, non implebat quod significatum erat in Adam, quia cum dormiret Adam costar illi detracta est, & Eua facta est. Sic & Dominus cum dormiret in cruce, latus eius lancea percutiunt et, & sacramenta profluxerunt, unde facta est Ecclesia. Ecclesia enim coniux Domini facta est de latere, quomodo Eua illa facta est de latere. Sed quomodo illa non est facta nisi de latere dormientis, sic ista non est facta nisi de latere morientis.] Et pulchritudo lib. 2. de Symbolo ad Catechumenos c. 6. [Ascendat sponsa nos nostra thalami sui lignum. Ascendat sponsus nostra thalami sui lectum, dormiat moriendo, aperiat eius latus, & Ecclesia prodeat Virgo: ut quomodo Eua facta est ex latere Adae dormientis & Ecclesia formetur ex latere Christi in cruce pendens. Percessum est enim eius latus, ut Euangeliu loquitur, & statim manauit latus & aqua, que sunt Ecclesia gemina sacramenta. Aqua, in qua est sponsa purificata, latus ex quo inuenitur esse dorata.] Videntes quoque in Psal. 126. ad illud, Ecce hardita Deponit. Et Psal. 127. ad illud, in lateribus domum. Omnim plenissime Anatolius Sinaita lib. 9. Hexaem sub finem; Et lib. 10. initio.

821 S. Cyrilus lib. 4. Glaphyr. in Genes. Synagogam & Ecclesiam cum duabus Iacobi Sponsis, componit latissime. Id quod etiam bene prolocutus est Iustinus, sub finem colloqui cum Tryphonie insistens presertim Hippolytum Lix. & Rachelis, pulchritudini: huius quoque profundo, quo Idola Patrii abstulit, itavit in hodiernum usque diem defessa latent. Quae & alia Synagoge ac Ecclesia accommodat Philosophus Abbas lib. de continentia Clericorum cap. 61. & 62. coningium ab omni uxori fuisse typum coniugij Christi cum Ecclesia, egregie prolocutus.

Sponsus, non aliis est quam Christus. [Quis est enim sponsus, ait D. Augustinus, initio expositionis secundae in Psal. 18.] Nisi cui despontata est illa Virgo ab Apostolo, cui timet casti casti sponsus amicus, ne sicut serpens Euan fellit astutia sua, sic & huius Virginis sponsus Christi sensus corrumptantur a castitate que est in Christo?]

Addit de huius sponsi magna & plena gratia. Sic enim nominat Nam quia [Primum quod ruptura pro ceteris concupiscunt, est ut sponsi decore se iacent,] Ut dixit S. Ambrosius lib. 1. de Virginibus metit hoc decus, quoties sponsi huius incidit mensio, in eo celebratur. Sed cui dores egregias sponsi huius singularium spectare concilium erit, adeat vel Psalmum 44. cuius priore parte quae tota circa sponsum consumitur, plene enumerantur eius prærogatiæ: vel caput 5. Cantorum ubi dilectus, candidus & rubicundus, electus ex millibus, & totus desiderabilis describitur eiisque, singulorum membrorum decora proponuntur. Nobis quae toto lib. 4. de perfectionibus eius diximus, hanc lacunam explebunt.

Mosse

PAINAU

Tomus I.
De Christo
et
Tomus II.
De Atributi
Christi
XVII

Moysē p̄dagogo, matrimonio iuncta est , qui optimè ad Christi mysterium perducit. Est enim lex magister quidam elementarius , qui perducit ad initia sermonum Dei , ac per animata & umbras , cognitionis eius qua Christi mysterium percipitur , velut semina quedam in nobis inficit .]

De eadem sponsa feditate, sic Chrysostom. hom. in illud *Statit Regna*, tractans quomodo sponsa dictum sit *Audi filia*. [Hac prius filia erat Daemonum, filia terra, ipsa tellure indigna. Eadem nunc facta est filia Regis. Hoc ut esset, voluit, qui flagrabat eius amore. Qui enim amat non perficit deformitatem. Ob hoc planè dicitur *ipos*, quod plerumque amat rem quamlibet deformem. Sic & Christus fecit, deformem vidit, (non enim eam possum formosam dicere) atque adamauit, camque imitauit & instaurauit non habentem maculam aut rugam. O sponsa qui tam bellè exornat deformitatem sua sponsa !]

Non ergo abhorruit fēdām & deformem sponsam Christus, quippe potis debalare *Ethiopem* super niuem: quod & præstīt; itavt nigra super tabernacula *Cedar*, facta sit speciosa sicut pelles Salomonis. Quod quæ de eius speciositate signallat p̄suntur Cant. 7. abunde declarant. Quare merito S. Augustinus in P̄f. 44. initio. [Gaudet sponsa amata à Deo. Quando amata ? Dum adhuc fēda. Omnes enim p̄cauerunt, (ait Apostolus,) & egerūt gloria Deis. Et iterum, Etenim Christus pro impiis mortuus est. Amata eī fēda, ne remaneret fēda. Non enim verē fēda amata est, quia non fēditas amata est. Nam si hoc amaret, hoc seruaret. Euerit fēditatem, seruauit pulchritudinem. Ad qualem venit, & qualem fecit ?] Murmurate de Mosis cum alienigena coniugio, Aaron & Maria: Ille Sacerdos & Pontifex, Sacerdotum & Pontificum Iudaorum perlōnam sustinebat. Maria verō Aarónis vxor (non enim soror Aarónis, sed Mosis tantum, quia vxor fratris, vt notauit Isidorus Pelus. lib. 15. 2.) Hac murmuratione, quod etiam ex Bernardo supra retuli, notata est fēderatum & Synagogæ tumultuaria in Christum, cuius personam Moses referebat: præsertimque Hebræorum concitatio, ex eo quod gentes quæ nigrae erant tenebris peccati, ad Euangelij societatem essent admisi. Ita S. Cyrilus in collectaneis ex lib. Num. c. 10. Sed concinnè S. Bernardus serm. illo 2 verbis istis. [Propter *Ethiopissim* istam, de longinquo filius aeterni Regis aduenit, & vt sibi desponsaret illam, etiam mori pro ea non timuit. Moyse quidem, *Ethiopissam* duxit uxorem, sed non potuit *Ethiopissam* mutare colorem. Christus verō quam adamauit, ignobillem, adhuc & fēdam, gloriosam sibi exhibebit Ecclesiam, non habentem maculam, neque rugam. Murmuret Aaron, murmurare & Maria, non noua, sed veteris: non mater Domini, sed soror Moysi. Non nostra inquam Maria, illa enim sollicita est, si quid forte deest in nuptiis. Vos autem vt dignum est murmurabitur Sacerdotibus, murmurante Synagoga, toto affectu in gratiarum actione verfamur.]

Pertinere ad hanc sponsam è multis gentibus adanaram, censet Philippus Abbas lib. de Continentia cleric. cap. 61. & 62. quod olim

Theoph. Reynaudi de Attrib. Christi.

ante Christum, vir vñus, plures vxores habere sinebatur; tanquam in signum gentium variarum, quæ Deo per fidem sub variis ritibus copulabantur. Nunc autem quia vna est Christi sponsa, vna vnam tantum, habere permittitur.

Horum sponsalium pronubi.

822 Pronubi horum sponsalium, & nuptiarum paranimphi, iuxta Gregorium Nyssenum hom. i. in Cant. isti sunt. [Patriarchæ (inquit) & Prophetæ, & legislatores, diuina dona sponsa atulerunt, quæ Graci solent *et va* vocare, ita nominantes donationes ante nuptias. Hæc autem sunt remissio delictorum, obliuio malorum, peccati ablatio, naturæ transformatio, eius in quod cadit interitus, in id in quod non cadit, transmutatio, delicia paradisi, regni dignitas, lætitia quæ fine caret. Cum hæc ergo diuina dona virgo accepisset à p̄fatis paranymphis, & fatur defiderium, & festinat frui gratia pulchritudinis eius quem desiderat.] Proferebant Prophetæ, hæc munera sponsæ, à sposo, in spē non in re. Vaticinabantur enim, & nomine Dei spondebant, secuturam tali sponsi adueniente peccati abfessionem, diluvium gratiæ, & bonorum omnium spiritualium vberatatem. In qua bona magno ardore suspirans sponsa, aduentum sponsi imis medullis expectebat. Speciali autem iure Baptista, tanquam legis & Prophetarum complementum, ac sponsi amicus, gaudio gaudens super vocem sponsi, paranimphus horum sponsalium, à S. Cyriolo denominatur lib. 1. Glaphir. in Genes. pag. 105. qui id eruit ex Ioan. 3. v. 29. Pronubum quoque & paranimphum Christi sponsi, Ioannem Baptistam, nominat Thedoros Studita orat. de eius nativitate & Petrus Dam. serm. 25. qui etiam vocat Baptistam, *fæderatorem cœlestium nuptiarum*.

Prophetis Apostolos pronubos, & nominatim Paulum, adiungit Chrysostom. hom. 23. in 2. ad Corinth. Nam & ipse Paulus, de spondisse se profiteretur, vni viro Christo Ecclesiam. [Vnde & dicebat, (inquit ibi S. Chrysostomus) *Pro Christo legatione fungimur*. Atque obsecrat, quam sponsam accepturus erat. Huius rei figuram gerebant ea, quæ tempore Abrahæ contigerunt. Etenim ille fidele seruum misit qui puerilam ethnicam despenderet. Eodem modo hic quoque Deus, seruos suos misit, qui filio suo Ecclesiam despenderent, ac Prophetas, antiquitatem his verbis vtentes, *Audi filia, & vide, & obliuiscere populum tuum, & dominum patris tuus*. Et concupisces Rex decorem tuum. Vidisti etiam Prophetam despondentem? Vidisti etiam Apostolum cum magna fiducia hoc Verbum proferentem ac dicentem? *Despondi eos vni viro, Virginem castam exhibe Christo*. Vidisti rufus prudentiam. Postquam enim dixit, *Aquum est vt me sustineatis; non dixit; Magister enim uester sum, nec mea causa haec dico: sed, quod potissimum illis dignitatem afferebat, hoc ponit; nimur le pronuba, illos autem sponsas loco constituunt.*

sponsalitiae arrhae, ac dos, sponsa.

823 Arrhas, & dote secernit S. Sedatus hom. de Epiphania, [*Tanquam sponsus procedens de thalamo suo descendit ad terras, Ecclesia ex gentibus congreganda, Incarnatione iungendus. Cui quidem & huic Ecclesiae, (quae utique sumus nos,) & arrhas, & dote dedit. Arrhas dedit, quando nobis est ex lege promissus. Dote dedit, quando pro nobis est immolatus. Et alio modo hoc potest accipi, vt arrhas, praesentem gratiam, dote intelligamus vitam eternam.*] Hoc secundo modo, arrhas huic sponsae datas, à dote secernit S. Chrysostomus, hom. in illud *Abit Regna, sic scribens, Scitis omnes vos, quod arrha pars est totius debita summa pars exigua. Abit quis coempturus domum pretij permulti, dicitur: Da mihi arrhabonem, vt certa spe confirmetur. Abit quis ducturus viorem; De dote paciscitur, de rebus ipsis initiationem, ac dicit: Da mihi arrhabonem. Quin etiam in auctiōne serui, & ceteris ad unum omnibus commerciis, intellige dari solere arrhabonem. Quum igitur Christus nobiscum conuentu quādam initet, (me etenim velut sponsam erat asumptus,) dote mihi vt decermet, dotes nomine non facultates aut pecunias mihi præstuit, sed sui pietum sanguinis. Dotem vero hanc mihi constituit, nempe largitionem honorum quae non videt oculus, non auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt. Stauit igitur se daturum dote nomine immortalitatem, gloriam cum Angelis, mortis interitum, immunitatem peccati, hæreditariam possessionem regni (multa enim sunt eius diuitiae) iustitiam, sanctificationem, præfument malorum defunctionem, obtentionem futurorum honorum. Eximia mihi dōs proposta erat. Huc aures adhuc sedulō. Quidnam factū vide. Venit accepturus scortum; dico autem meretricem (sicut erat) obsecrānam & conspurcatam, vt discas quantus fuerit, si his sponsi amor. Venit, accepit, mihi quoque decerpit dote. Dicit; Tibi impetrō opes meas. Addit, Quonam pæco Paradisum perdidisti? Recipe eum. Perdidisti speciem, eam ipsam accipe. Hæc denique omnia accipe.]*

En sciunctam ab arrha dote iuxta Chrysostomum; qui item hom. eadem inferioris id distinctissimè enucleat. [*Dos (inquit) sponsa in duo partita erat, in præsentia & in futura: in ea qua videntur, & in ea qua solo auditu percipiuntur: in ea qua dantur, & in ea qua creduntur datum iri: in ea qua doctrice experientia accipimus, & in ea quibus speramus nos perficiutos: in ea qua in præsenti vita conferuntur, & in ea qua speramus nos adepturos post resurrectionem. Illa vides, hæc audis. Vide igitur quid dicat sponsa, vt ne putet quia haec solum accepit, etiam si eximia erant dona, licet ineffabilia, quamvis mentem transcendentia: Audi filia & vide. Audi illa, nempe futura: vide hæc, præsentia. Vide hæc, vt ne dicas: rufus in spe, rufus in fide, rufus in futuro. Etiamnum vide, hæc quidem do: illa vero me daturum pollicor. Quia, pollicor, in spe deposita sunt: interim pingnota hæc accipe. hæc accipe vino arrabonis, hæc cape in specimen & argumentum. Promitto sibi regnum, certissimam fidem sume ex præ-*

sentibus donis, mihi crede. Idem Chrysostomus Homilia 23. in 2. Cor desponsatam à Chilico Ecceſiam affirmat exhibita ei dote, non aut argentiſed regni ecclorū. Quod bello confi- mat egregium responſum, Iponſe iniuriosi Arverni apud Gregorium Turonenſem lib. 1. Historiarum Francorum cap. 42. Regum itea ſponsa ſua in dote datum a Chilico ſponsi, annotat S. Ambroſ. lib. 1. de Virginibus ſubf. nem. Interpretatur autem de regno iniuncti ami in illecebras voluptatum. S. Cybill loco notato ex Glaphiris, fidem, iuftitiam, & misericordiam iuxta Oſcam cap. 2. affigunt pro hinc ſponsa dote, nempe inchoata. Arrhas vocavit Chrysostomus, ad quas etiam pertinet Eucha- ristia, quam pro dote Ecclesia assignat auctor sermonis de cena Domini apud Bernardum. Optimū omnium Aſtrophili Epel. 5 tradiditſe Christū pro ſponsa ſua quāli in dote affirmit, quod Aſtorum 20. aliter exprefſit, dicens Chiſum acquisiuſe, idēt comparat, & emittit, Ecclesiā ſanguine ſuo. Coenī enim viore, tulit olim viſus iuxta illud Oſcam 3. fodi eam ubi, (idēt emi vt ibi Ribera & Castro redde ostendunt,) quindecim argenteis. Et Genet. 34. Sichem Dina nuptias ambiens, quacumque ſatu- riuitis dabo: angete dote & matura pedulat, & libenter tribuan. Mitto propheta testimonia qua profet Tiracellus ad lib. 4. coniub. Nam igitur pietofissimam dote omni preio ſuperiori, ſanguinem inquam, & vitam suam depondere ſibi Ecclesiā Christus Dominus bennifissimè profudit. Ita diceret S. Ignatius Epit. ad Philadelphios feri in fine. Annuit S. Ambroſ. 1. de Isaac c. 5.

Nemo cum his munerialibus componat ſponſalitiam vel dotalē largitatem quantamcumque; et etiam profuſissimos ſuſſe ſponsos quodam prodant historia. Que de Anulpho Placidiam Honorij ſororem despondente, ſcribit Olimpiodorus apud Phorium Cod. 8. magnificissimè videntur. Gothum quippe illum de Romanis manobis letissima quaque, ſponſe pretiosissimo ihthono inſidenti. Narbone in Galia obrulisse prodit; per adolescentes quinqūaginta: quorum quilibet diſcos duos exhibebat, unum aureis nummis, alterum gemmis lapilli que pretiosissimi redundantem. Quid tamen hæc & alia dotalis munificencia, vel ſponsalitate largitatis ſpecimina, ad Christi ſanguinem?

Sponsa annulus, ac mundus.

824 Annulum ſponsa iſtu ſua datum à Chilico, S. Chrysostom. hom. in illud *Abit Regna,* eruit ex Aſtrophilo. Descriperat ſibi S. Chrysostomus ſponsa huius turpissimum & infelicitissimum ſtatuum. Benignissimam quoque ſponsi erga eam misericordiæ ac feciſſimè inacentem, condescenſionem exprefſerat Tum ſubdit. [E. quid facit accepit eam; ſibi eam accommodat. Quid dat ei? Annulum. Quemnam? Spiritum ſpiratum. Dicit Paulus qui autem conſeruat na- nobiſum Deus, qui & ſignat vos, ac de- dit Arrhabonem ſpiritu ſancti. Spiritum ei- dat.]

De vestibus & mundo mulierib[us] ſponsa plenè Autor ſermonis in parabolam iuxpatā ſiliq[ue] Regis apud Bernardum. Vestimenta deputata varietate circumdatum ex Psalte ſic expo- nit

nit Chrys. hom. in illud Auct. Regina. [Aduentus animum. Nam ipsa dicitio multiplicem continet sententiarum vim, & eam sanè generosam. Non dixit, *Aureo, sed deaurato.* Solerter audi, vestimentum quod aureum est, filii contextur proflus aureis, quod verò deauratum, particulis aliquot aureis, aliquot sericis intertextur. Quia igitur ratione non dixit sponsam ferre aureum vestimentum, sed deauratum? Causam adverte exatius. Conuersationem subindicat Ecclesiæ, quæ diuersa est & multiformis. Nam quando non unius eiusdemque proppositi sumus omnes; sed hic quidem Virginitatem exercet, iste autem selectatur viduatem, ille verò religiosam pietatem meditat & excolit; ob id multiplex ac variegata dicitur vestis Ecclesiæ. Quoniam igitur certissimè nosset Dominus noster, quod si una & eadem via incederet omnes, per multi animi lentore fatiscerent, & lassatentur, vias nobis secutæ distinctæ ac diuersi instituti. Non potes per Virginalem statum, regnum introire? Per nuptias ingredere. Non potes unico coniugio contentus vivere? Per alteras nuptias ingreditur. Non potes per temperiam frugalitatemq[ue] ingredi? Intra per eleemosynam. Non potes per eleemosynam? Intro per ieiunium. At ne hoc quidem potes? Illam age, fac, hoc age, exercito. Ob hoc, vestem non prodidit esse auream, sed deauratam. Aut enim serica est, aut purpurea, aut certè aurea. Non potes esse aureus? Esto sericus. Suscipio te; Tantum inueniatis in vestimento. Hac ratione dixit Paulus, *si quis adficiat super fundamentum hoc, aurum, argenti, lapides pretiosos.* Non potes preciosius esse lapis? Esto aurum. Non potes esse aurum? Esto argentum. Solùm perfite in fundamento. Rursus alio loco; *Alia claritas solis, & alia claritas Luna, & alia claritas stellarum.* Non potes esse Sol? Esto Luna. Non potes esse Luna? Esto stella. Non potes esse eximia quadam ac prælustris stella? Esto vel vna de minoribus; Tancum sis in cœlo. Non potes esse Virgo? Ducito vxorem cum contingentiæ coniugali, modò in Ecclesiæ perseueres. Non potes expers vivere prædiorum ac facultatum? facito eleemosynam. Tantum petmane in Ecclesiæ, in vestimenta.]

Ifayas, ad hanc sponsæ vestem, externos populos & gloriam eorum pertinere dixit. Sanè quas vester, & monilia, mundumque muliebrem Lippe sponsæ Lie, id est (vt S. Cyrillus interpretatur,) Synagoga contulerat; ipse Deus Ezech. cap. 16. insigni apparatu, assumpta exprobantis persona describit dicens. *Vestiu te discoloribus & calceau te ianthino: & cinxii te byssu, & indri te subtilibus.* Et ornati te ornamento, & dedi armillam in manibus tuis, & torquem circa collum tuum. Et dedi in aterm super os tuum, & circulos auribus tuis, & coronam decoris in capite tuo. Et ornata es auro & argento, & vestita es byssu, & polymito, & multicoloribus similiam & mel & oleum comedisti, & decoras fæda et vobementer nimis; & profecisti in regnum.] Speciosiorum, verèque Rachelem, Ecclesiæ, Christianam splendidius ornatac vestitam quis addubitet?

Amicorum sponsi ad sponsalia ista cum sponso concursus, his verbis à Nysseno describitur hom. i. in Cant. [Accedit sponsus adducens chorum quorundam amicorum & eidem gratiorum. Ii sunt autem administratori spiritus, Theopb. Raynaldi de Attrib. Christi.

per quos seruantur homines, aut sancti Prophetae, qui sponsi voce auditæ, lætantur & exultant ob puram & ab interitu alienam quæ consummatum coniunctionem, per quam anima Deo coniuncta sit vnu Spiritus, sicut dicit Apostolus.] Similiter sanctorum & sanctarum veteris Testamento concursum ad has nuptias, in gratiam sponsi quem diligunt, scitè describit apud Chrysostomum Autor homilie de Turtute in fine. Fusius sed admodum infuse idem describitur apud Cyprianum ea nostra lucubratione, cui titulus est, *cana*, in extremo angulo operum suppositiorum.

De sponsationis tabula, tempus, ac locus.

825 Tabulas desponsationis. D. Augustinus non uno loco scripture Sacra esse ait quod iis continetur pacta connubialia. Alteras has tabulas accipit Autor hom. de Turtute apud Chrysostomum sub finem homiliae. { Necesse (inquit) erat, sicut in nuptiis dotalia scribi sponsæ, charta quarebatur, & scriptor & calamus. Dicit Spiritus sanctus ad Esaiam: *Accipe tu chartam novam, & grandem, & scribe in ea.* Quaratur calamus; inuentus est apud David. Dicit enim de eo: *Lingua mea calamus scribere, velociter scribemus.* }

Desponsationis tempus, non aliud fuit quā momentum, vnius Verbo Dei humanitatis. Nam quamvis ea vno non id fuerit quo Christi sponsalia sunt constituta cum humanitate illa singulari, tamen per eam Christi sponsalia cum Ecclesiæ fuere celebrata; quatenus ex unius illius naturæ personali assumptione, certa spes facta est, & prelita promissio, totius humanæ naturæ in Christi coniugium admittenda. Idque aperte volvere varij Patres. Sigmo nonnullos. Proclus hom. de Natiuitate vocat Deiparam thalamum in quo Verbum humanam carnem sibi desponfauit.

Arnulphus Lexoniensis serm. in Synodo. [Ecclesiæ, (inquit,) sponsa dicitur. Nullo alio nomine manifestius exprimi potuit inter eos Sacramentum unitatis, & sinceræ pietatis charitatis. Quia enim prior vnitatis & charitatis est, quā duo in carne vna fieri, & ipsos uno eodemque spiritu vegetari? Quoniam ipse ab ea in vnitatem eiusdem carnis, & ipsa ab eo in vnitatem eiusdem spiritus est assumpta, *Eram itaque duo in carne vna.* Profectò Christus & Ecclesiæ. Nemps Verbum caro factum est. Sed & totum corpus Ecclesiæ spiritu Christi vegetatur & regitur. Prudenter negotiata est Ecclesiæ, carnem dedit, vt acciperet spiritum, & ipse animatum corpus assumens, largitus est nobis suam deitatem. Feedis hoc in persona Christi celebratum est, quando scilicet cum humanitate diuinitas, & cum diuinitate conuenit humanitas. Sponsalia hæc ibidem, auctoritate Patris & sancti spiritus obumbratione firmata sunt. Nec enim adhuc nisi sponsalia sunt, nondum celebratae sunt nuptiae, nondum matrimonium consummatur. Porro complebuntur omnia in futuro, cùm sponsus aduenerit, & intrabunt qui parati inuenti fuerint cum ipso ad nuptias, imparati foribus excludentur.]

D. August. tract. 2. in Epist. Ioan. verbis illis. [Commendatus est nobis sponsus. De sponsa videamus quid dicat, vt tu cum cognoveris sponsum, & sponsam, non sine causa ad nuptias venias. Celebratio enim nuptiarum omnis

G G 2 celebratio:

celebratio: Ecclesia enim nuptiae celebrantur. Duxurus est vxorem filius Regis, & ipse filius Regis Rex, & qui frequentant, ipsi sunt sponsa. Non quomodo in nuptiis carnalibus, alij frequentant nuptias, & alia nubit; in Ecclesia, qui frequentant. Si bene frequentant, sponsa sunt: Omnis enim Ecclesia sponsa Christi est, cuius principium & primitia, caro Christi est ibi iuncta est sponsa sposo in carne.]

Locum S. Ambrosij, ex libro de Institutione Virginis cap. 6. & alios plerosque Partes qui illud cantorum 3. in die desponsationis eius, de hoc momento vnit, carni nostrae. Verbi acceptperunt, signati supra, agens de corona Regis gloriae, seu de diademate quo coronauit eum mater sua.

826 Amedeus Lausan. hom. 3. de Deipara post medium. [Ecce diximus qualiter descenderit Dei Verbum. Vbi namque descenderit, simili modo manifestum est: quia descendit in uterum Virginis, uterum impollutum, immaculatum, consecratum manuunctionis divinae. Ibi carni nostra copulatum, natura associatum, implexus Sacratissimum & secretissimum Sacramentum, ut essent duo in carne una, & uno contubernio fruerentur.]

S. Bruno Psal. 18. [In persona sua exultauit ad currendam viam, idest ad citio complendantiam Patris obedientiam, qua fuit ei via ad gloriam ex eo tempore quo fuit procedens de thalamo idest de Virginis utero: Suo idest sibi congruo; Ipse dico, existens tanquam sponsus, idest in illo reuera factus sponsus carnis humanae quam sibi tunc coniunxit. Secundum diuinatem dicco, carnis sue sponsus: de qua desponsatione in cantis sponsa Ecclesia Synagoge dicit, Egredimini filii Sion, & vide Regem Salomonem in diademate quo coronauit eum mater sua in die desponsationis illius. Et in die letitiae cordis eius. Est & Ecclesia sponsus, & si non adeo ut idem in cantis, quam pulchra sunt mammatae, soror mea sponsa; Sed Ecclesia sponsus, secundum adoptionem gratiae tantum. Carnis veru secundum adoptionem gratiae tantum. Carnis veru secundum unionem persona. Thalamum dicit uterum Virginis, eo quod in eo carni sponsae, Dei Verbum coniunctum est, ut in thalamo sponsus sponsae coniungatur.]

Ex dictis liquet quoque de loco desponsationis, quia non fuit quam uterum Deiparæ, in quo humanitas nostra cum Verbo Dei est copulata. Præter proxime allegatos occasione temporis factæ desponsationis id quoque attinentes, audi S. Gregorium hom. 38. in Evangelia, cum premisset nuptias Christi respicere propriæ Ecclesiæ sponsam, [Uterus genitricis Virginis, huius sponsi thalamus fuit. Vnde & Psalmista dicit: In sole posuit tabernaculum suum, & ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo. Tanquam sponsus quippe de thalamo suo processi, qui ad coniungendam sibi Ecclesiæ, incarnatus Deus, de incorrupto utero Virginis exiuit.]

S. August. non dissimiliter in Psal. 44. ad Psalmum. [An forte & in nuptiis illis quo in uitati sumus, thalamus non est? Et unde dicit alijs Psalmus. In sole posuit tabernaculum suum, & ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo? Coniunctio nuptialis, Verbum & caro. Hu-

ius coniunctionis thalamus, Virginis uteru. Etenim caro ipsa, Verbo est coniuncta, unde etiam dicitur, Iam non duo sed una caro. Asumpta est Ecclesia ex genere humano, ut caput ceteri credentes membra essent illius capit. Nam vis videre quis venerit ad nuptias: In principio erat Verbum.] Nempe ad desponsationem cum humana terra natura, seu cum Ecclesiæ, Verbum Christum venit, seu per huma. nitatein quam sibi copulavit.

Laurentius Iustinianus lib. de casto commu. bio verbi & anime cap. 9. & idem affirmit, & quanta ex delectu ad hoc munus, gloria sit Del. partæ, pulcherrimè expressit. [Verbum sponsus, caro sponsa Virginis uteru. thalamus, in quo factum est, & de quo egressum est, ut habi. taret in nobis. Hoc exprimere Citharectus san. ctus voluit, quum in Psalmo caneret, dicens: In sole posuit tabernaculum suum, & ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo. Meritis eligitur thalamus, in quo diuina celebri. tur mysteria. Erat quidem beata Virgo thalamus puritate nitidus, moribus ornatus, & omni præditus sanctitate, floribus asperitus, virtutibus decora. fragans castitatis odore, charitatis f. tenuis, virginitate redolens, pollens humilitatem. Ipsa est gloriofa Domina & beata feminæ, in nuptia & fecunda, mater & virgo, ancilla & genitrix, quæ culpam abstulit, & dedit gratiam, quæ conculit mundo pacem hominibus Domini, finem vitii, vita ordinem, moribus disciplinam. Ipsa est, quæ suscepit Verbum, concepit filium, & peperit Christum. Ipsa effecta est porta ce. li, Paradisi ianua, stella maris, solarium mundi, peccati refugium, naufraganti portus, auxilium periclitanti, erranti via, desperanti salvi, mundi interuenientia, interemptrix peccati, Diabolus ter. ror, & spiritualibus nequitis panier. Ipsa est Tabernaculum Testamenti, arca foederis, templi propitiatorium, thronus Dei, virga florida, na. becula leuis, hortus conclusus, signatus fons, porta clausa, columba immaculata, rosa redolens, lilia candens, flos intensus, virgula fumans, oliva virens vitis, fructificans, cupressus le. tollens, palma frondens, terebinthus se expandens, campus germinans, terra pullulans. Est etiam ipsa gloriofa aurora surgens, lucifer ru. tilans, luna pulchrior. Sole splendidior, auro pa. riior, gemmis pretiosior, balsamo suavior, mag. garitis charior, nectare dulcior, omni harmonia delectabilior. Hæc est virgo pudicissima, que chirographum abolevit decreta, & protoparen. tum abstulit opprobrium, que recente seculo stillicidia gratia irroravit, & ipsum fecunda. ditauit fruge, quæ perenni mundo, & aquarum diluvio inundauit, portum salutis aperit. Hæc nempe est Virgo sanctissima, quæ virtutum omnium ornata decora & gratiarum plenitudo, atque donorum celestium irradia. ful. gore, cœlorum Regem suo ad se traxit odore. Nimo namque innocentia, ac Virginis res. perfetta candore, tanquam præ ceteris sanctior, Dei mater efficitur.]

Nuptia sponsalibus subiunctæ.

827 Præmissa desponsatione tanquam antebulone & præludio, consecutæ sunt nuptiæ quas celebratas esse ab inicio prædicatiois Christi & duraturas ad mundi usque metam quoique protogabitur hominum ad Deum adiutorio censuit Gregorius Nyssenus hom. 11. in Cant. vbi præfatus sanctos Angelos designari illi hominibus quos Christus Luc. 12. dixit expectare Dominum suum donec revertatur à nuptiis, causam hanc reddit. [Illi enim sunt qui Domini expectant reditum à nuptiis, & cœlestibus portis oculis assident vigilantibus, vi per eas rufius ingrediatur Rex gloriae reuersus à nuptiis insuper cœlestem illum beatitudinem. Vnde congrueret ei quod canitur in Psalmis, tanquam ex thalamo procedens sponsus, nos sibi despondi Virginem per mysticam regenerationem, quæ cum idolis fuerat fornicate, ad incorruptionem Virginalem ipsa reformata natura. Peractis ergo iam nuptiis, & Ecclesia à Verbo desponsa, sicut dicit Ioannes, qui habet sponsam, sponsus est; & ea admissa in thalamum mysteriorum ac Sacramentorum, expectabant Angeli teditum Regis, reducta Ecclesia ad beatitudinem quæ est secundum naturam.] Quia vero allelio populum ad Ecclesiam & Christum, per baptismum, non est facta ex obligatione ante promulgatam de suscipiendo baptismo legem, quod primum factum est in Pentecoste, idcirco qui ista ad seueritatem doctrinae Theologica exegerunt, eo vsque distulerunt Christi nuptias. Nonnulli quidem Patres & nominatim S. Chrysostomus homil. 23. in 2. Corinth. tractans illud despondi vos auunt alteram vitam esse tempus nuptiarum, præ quo tempus huius vite sit tantum tempus desponsationis. Et ita insinuator Math. 25. vbi Virgines quæ paratae erant, dicuntur ingressæ cum Christo ad nuptias. Tamen confitaneæ ad plerasque Scripturas, nuptiæ Christi cum Ecclesia, iam in hac vita celebrari sunt captae, vel in Pentecoste vel diuimus vel ex quo fieri capta est allelio populorum ad Christum; vel a puncto mortis in cruce: quæ fuit grani frumenti deiectione in terram, ut crescet in fide populorum. Nam id quoque tempus nuptiarum Christi cum Ecclesia, agnoscunt non pauci. Cui sententia, perspicere facit, quod thalamum nuptiale in quo coniunctio facta est sponsi cum Ecclesia, S. Augustinus lib. 2. de Symbolo ad Catechumenos cap. 6. assignat cricem. [Quid rafat? (inquit) inuenire, nisi vt procedat velut sponsus de thalamo suo, accipiat sponsus sponlam, queratur, inueniatur quæ ei coniungatur: (Non solus homo, sed Deus est & homo. Queratur quæ ei coniungatur) Qualis est ei qua natus est, talis ei inueniatur, quæ & matrem reddat fœcundam, & Virginem seruet intactam, filius permanentis Virginem Virginem permanfuram accipiat. Ecce tempus est, modò Iudei suam implent voluntatem, quando dignatur ipse dare potestatem. Agite Iudei nescientes, nuptias Agni. Date premunt pecuniae malo Iudea. Agite ut ille qui natus est de Virgine, à Pontio Pilato suspendatur in cruce. Ascendat sponsus noster thalami sui lignum.] Et mox post descripta

Christi probra & cruciatus. [Exulta exulta sponsa Ecclesia, quia nisi ista in Christo facta essent, ab illo formata non esset, venditus redemit te occisus dilexit te. Et quia te plurimum dilexit, morivolut propter te. O magnum Sacramentum huius coniugij. O quam magnum mysterium huius sponsi & huius sponsæ, non explicabitur dignæ humanis verbis. De sposo sponsa nascitur, & vt nascitur, statim illi coniungitur, & tunc sponsa nubit, quando sponsus moritur & tunc illæ sponsa coniungitur quando à mortalibus separatur. Quando ille super celos exaltatur, tunc ita in omni terra fecundatur. Quid est hoc? Quis est esse sponsus absens, & præsens. Quis est iste sponsus præsens & latens, quem sponsa Ecclesia fide tantum concepit, & sine illo amplexu membra eius quotidie partit?]

Epithalamium.

828 Epithalamium, desiderati passus notus est Spiritus sanctus cum per Davidem, tum per Salomonem. David insigne planè panxit R̄sal. 44. & idecirco ad eius titulum S. Augustinus. [Gaudemus, (inquit,) in nuptiis & nos erimus cum iis qui sunt nuptiæ, qui invitatur ad nuptias, & ipsi qui invitati sponsa est. Etenim sponsa Ecclesia est, sponsus Christus. Solem dicit à Scholasticis carmina quædam, vxores ducentibus & nubentibus, quæ vocantur Epithalamia, quidquid bi cantatur, ad honorem cantatur sponsi & sponsæ.]

Quod Ioanni Baptista hoc epithalamium adscribit apud Chrysostomum autor homilie de Tortute, sub finem putatque comprehensum verbis illis, qui habet sponsam sponsus est, non adeo placet. Neque enim ea Verba redolent Epithalamium, sicut facit totus Psalmus 44. Et Canticum Cantorum Salomonis. Fuerunt hæc Epithalamia cantica dramatis, qualia olim recepta in nuptiis ut apud Philonem videte est lib. de vita supplicum proptereaque S. Ambrosius serm. 25. de sanctis sub finem meminit chorarum & saltationum mysticarum in his nuptiis. Ceterum quod canticum cantorum Salomonis, inter Epithalamia Christo sposo & Ecclesiæ sponsæ decantata recenso, ex sensu & iudicio feci SS. Patrum, qui Canticum Cantorum Salomonis, (sic dictum eo quod continet mysteria mysteriorum) iuxta Nysseni doctrinam hom. 1. in Cant. 1 nequaquam ad Salomonis cum filia Pharaonis carnale coniubium spectare voluerunt, saltem vt ibi listatur & etatis nimium & carnaliter philosophati sunt quidam, sed dixerunt esse Epithalamium pertinens ad has Christi cum Ecclesia nuptias. Diligenterque cauendum est, ne quod ante annos aliquod non sine stomacho nostro factum à quoppiam vidimus, ad nuptias prefanas transferentes & profanantes augustissimum illud canticum, indignamus quibus Spiritus sanctus Sacratissima mysteria, illis nostratum verborum affectum incensissimum prouidentium incolueris abdita, velut reserata. [Nemo ergo (vt prudentissime air Nyssenus homilia 1. in Cant. Agen de vero illius cantici sensu) perturbationibus animi obnoxius & Carnalis, veteris homini mortuum adhuc olens fœtorem, ad beluinas trahat ineptias diuinis inspiratarum sententiarum

G Gg 3 ac

ac Verborum significaciones : sed vnuusquisque piè à seipso excedens, cum fuerit extra mundum materialem, & per imparibilitatē quodammodo redierit in paradisum , & per puritatem Deo similis euaserit, ita procedat ad adytum mysteriorum , qua in hoc apparente libro. Quod si ad hæc audienda sit aliquibus imparatus animus, audiat Mosem lege cauentem , ne ad montem spiritualem audeamus ascendere, priusquam cotidium nostrorum lauerimus vestimenta, & convenientibus cogitationum aspercionibus animas expiauerimus. Quamobrem nunc , dum in hac affidemus contemplatione, existimo oportere nuptialium obliuisci cogitationum, conuenienter præcepto Mosis qui lege cauit , vt qui initiantur mysterijs, puri essem̄ a nuptrijs: & in omnibus suscipere precepta legislatoris eos qui sunt processuri ad spiritualem montem legis, in quo femininum genus cogitationum, cum apparatus materiali relinquitur in vita inferiori. Quævis autem rationis expers mentis concepcion, si in hoc monte visa fuerit, rigidioribus cogitationibus, veluti quibusdam lapidibus, occidetur. Nam sic quidem vix audierimus vocem huius tubæ, qua magnum & valde mirandum edit sonitum, & supra vires eorum qui suscipiunt, quam emitit ipsa caligo obscuritatis in qua est Deus , qui igne comburit quidquid est in hoc monte particeps materia.

Sponsa per has nuprias proœctio, salua, vel etiam redditia integritate.

829 Siuxta hoc monitum, spiritualiter ac pùre illud canticū scrutemur, liquebit perspicere, celebrari eo Augustissimo Epiphalamio, sponsi & sponsa decora, diuinique cōubij felicitatem, qua tanta benignitas sponsi gloria & aduentitia sponsa sublimata nitet, vt omnem fandi copiam longè transcedat. Sed sponsi quidem maiestas clementi nefcia, nouo duntaxat apud nos splendore profuissimæ charitatis, & benevolentissimi, ac a nundinatione elongatissimi affectus, collucet. Sponsa verò, incredibile est quantum ex hoc connubio accesserit ornamenti ac dignitatis. Reginam cæli ac terraë fætam Theodorus Mopluestens apud Facundum Hermian.lib.9.cap.2. tractans locum ex psal.44. colligit ex regia sponsi dignitate. Raditis enim maritorum collucere Augustas, Romanis legibus, & vnu omnium gentium, selt proditum. Quare sic ratiocinatur Theodorus [Ad quem itaque hominum loquens inficit, sedes in Dens in seculum facili] Si autem de Rege Deo dicit, manifestum quoniam & de Regina non muliere, sed Ecclesia, quam Christus sibi per fidem desponauit, per affectionem animæ, scilicet, sibi iungendam. Etenim moris est Scriptura diuine, eos qui per scientiam adiunguntur Deo, coniugem eius vocare, ad ostendandam eorum cum Deo plenissimam copulationem & unitatem.] Et mox [Quoniam igitur semper Dei coniux dicitur congregatio hominum, qui ei per scientiam copulantur, Regem autem Christum conuenienter appellavit; necessariò ergo est Regina, que Regis vxor est, non alia promotione circa illam procedente, quam ea quam de viri dignitate communicat. Consequenter ergo Reginam vocat Ecclesiam, ostendens quantam sortita sit ex Christi adiunctione dignitatem, qua ei accessit

ex fide.] Hæc est sponsa Christi Ecclesia, eminentissima ex hoc coniugio dignitas.

Neque vero (vt in humanis affectis) sponsa ex connubio decepsit integritas; sed ingenii probatio, sponsa vel si ante coniugium causaret integratam, planè redintegratur in Virginem. [O rem nouam! exclamat S. Chrysostomus, in 2.Corinth.) in mundo Virgines ante matrimonium manent; post matrimonium non item. Hæc autem non sic. Verum etiam Virgines ante hoc matrimonium non sint; post initium matrimonii Virgines efficiuntur. Ad hunc modum, tota Ecclesia Virgo est. Etenim ad omnes & coniugatos & conjugatas Paulus loquitur.]

Ita Chrysostomus. Glossans illud S. Pauli ad universam Ecclesiam ex vitro sexu coagamentam despondi vos vni viro Virginem vestram exhibere Christo. Eademque habet homini in Europi. Simili quoque sensu S. Augustinus tractat in Ioan. Eo quoque Apostoli loco allegato, sic. [Omnis Ecclesia Virgo appellata est, diversa esse membrorum Ecclesie diversi donis pollere videatur, atque gaudere. Alij coniugati, aliæ coniugatae; alijs viduati vxoribus ultra non querunt, aliæ viduatae maritis ultra non querunt; alijs integratam in eunectate atque conferuant, aliæ Virginitem suam deuouerunt. Diuina sunt munera, sed omnes isti una Virgo est. Vbi est ita Virginitas non enim in corpore. In corpore paucarum formularunt est. Et si dici Virginitas in virtus potest, paucorum virorum sanctitas, integritas etiam corporis est in Ecclesia, & honorabilis membrum est. Alia autem membra, non in corpore, sed omnia in mente seruant Virginitatem. Quæ est Virginitas mentis? integra fides, solidus ipsa, sincera charitas. Hanc Virginitatem timebat illo, qui zelabat sponsam à serpente corruptam.] Fusè item Orig. in eandem sententiam distinet, lib.12.in Leuit. ferè in fine, cum de uxore magna Sacerdotis Virginine, non vidua, aut meretric. Religio sit misum facere Clementem Alexandrinum qui 1.Pædagogi c.6.in hanc tem sit exclamat. [O miraculum mysticum!] Vnus quidem est universorum Pater. Vnus est etiam Verbum universorum, & Spiritus sanctus unus, & ipse est ubique. Vna autem sola est Mater Virgo: nihil autem placet eam vocare Ecclesiam. Lac non habuit, mater hæc sola, quoniam sola non fuit mulier. Virgo est autem simul & Mater, integræ quidem & inviolata vt Virgo, amans autem vt mater: & sivos accersit infantulos, antea latet, nempe Verbo infantili emutit. Ideo autem lac non habuit, quod lac esset hic infantulus palcher & oppositus, scilicet corpus Christi, non enim cæcum Verbo nutriendi.]

Inde sponsa prius quam vxor dicta, & cui simus vidua quantum dilecta.

830 Hæc porro integratatis per hoc coniugium redintegrare vel seruare prærogativa, videtur in causa esse, cur paulius Ecclesia, non Christi vxor, sed sponsa audit. Quamquam alter philosophatur de his denominationibus autem breuis dialogi de altercatione Synagoga & Ecclesia tom. 6. Augustini Verbis illis. [In Apocal. Ioannes ait; veni ostendam tibi novam nupiam sponsam agni. Et eduxit me in spiritum montem magnum & ostendit mihi cimam, sicut etiam Hierusalem descendente de celo, habentem clavis.]

Christus Sponsus.

421

claritatem Dei. Sic etiam Ioannes ait; Regnabit Dominus Deus omnipotens, exultemus & letemur deinde ei claritatem, quoniam venerunt agni nuptiae & vxor eius se preparavit. Vides ergo & sponsam & vxorem dictam fuisse per legem: sponsam, quod spondeo fidem me reddituram Domino Salvatori: vxorem, quod per conceptum baptizimi Spiritu maritante, filios vteri mei lauacro turgente producam. In quo puerperio generationis gratioris, Spiritus & anima nuptialis Societate iunguntur.] Autor item tractatus de passione Domini apud Bernardum cap. 3, aliunde quam inde diximus, censet denominari Ecclesiam, non uxorem, sed sponsam Christi, tractans illud Cant. 4: vulnerasti cor meum foror mea sponsa. Sic enim scribit. [Sed quare foror & sponsa? An non poterat sufficierent sponsi amantis affectum ostendere solius fororis vel solius sponsa positio? Vel quare sponsa & non vxor? Cum quotidie vel Ecclesia, siue qualibet fidelis anima, sponso suo Christo bonorum operum sobolem debeat generare. Paucis dico, solent sponsa nondum alligata coniugali vinculo, amari ardenter quam postea. Tempore enim procedente, amor ipse componitur, sponsus ergo noster, ut magnitudinem insinuat sui amoris qui tempore non decrescit, amicam suam, sponsam appellat, eo quod illius amor semper nouus sit. Sed quia sponsa etiam carnaliter diliguntur, ut in amore sponsi nostri nil carnale sapias, ipsam sponsam suam fororem appellat, qua forores iam nequaquam carnaliter admantur.]

Et hinc Autor sermonis de Virginibus apud eundem Bernardum, per pulchritudinem, quanto desiderio studandum sit Christi sponsis, Ecclesia membris, ut Christo in eis iungantur. [Sponsa ergo es (inquit) Iesu Christi; sed hoc nomen tuum diligenter attende. sponsa vel sponsi nomen ab eo quod est spondere, Grammatici deriuunt. Dicunt autem sponsus & sponsa, quia se sibi alterutrum spondent, ut nec illae nec illa alteri nubat. Porro inter diem desponsationis huius, interponitur aliquando breve spatium, aliquando & producuntur, & tamen definita ac denominata est dies qua debeant convenire: quod quidem sapienter atque utiliter statutum est, ut interim mutuus amor augeatur & crescatur, & impatiens desiderium cupit copulae, quo amplius differtur, ignescat: & quia iuxta Salustium, cupienti anima nil satis fecerint, tempus dictarum nuptiarum propter tantius esse desiderent. Sic Iacob pro Rachele septenarium a die desponsationis labore desudat, cubat sub dio, gelu alget, solibus viritur, nec tanti ac tam diuturni laboris, amatorem vellemens cedit iniuriis. Quorsum autem istarum & tu si la sponsa Christi es, ardeas amore, astutes desiderio, Anheles suspiris, dum tardat dies copularum concepit. Ait quidem. Palleat omnis amans, ut pallor & maties sint amoris signa certissima. Quid tibi cum lauacribus epulis? Quid tibi cum vino? non est hoc Monachorum. Epulentur, splendidè ciues Babylonis. Si te viderit ob amorem suum sponsus marcessere, si pallesceret, si calceare impatiens desiderio, accelerabat copulæ diem, officeret oscula, iunget amplexus. O letam diem nuptiarum! felicem sponsam tali coniugio!]

831 Cum autem huius sponsa nobilis in portis vir, sit immortalis, mirum est quomodo

Ecclesia psal. 151. v. 15. nominetur vidua, Verbis illis, viduam eius benedicens benedicam: que de Ecclesia dici. S. Hilarius ibi, optimè docet, & confitmat ex Apostolo, qui mulierem, liberam per viri mortem, à lege liberatam, tradit esse Ecclesiam. Annuit ad eundem Psalmi locum, S. Augustinus, vbi causam quamobrem Ecclesia marito licet ac sponso nunquam destituta, vocetur vidua, optimè expressit. [Omnis (inquit) anima qua intelligit se desertam omni auxilio, nisi solius Dei, vidua est. Quomodo enim Apostolus describit viduam? Quæ autem verè vidua est & defolata, sperabit in Dominum. Agebant autem de ipsis viduis, quas omnes dicimus in Ecclesia. Dixerat autem, quia in delictu degit viuens moria est & non illam numerauit inter viudas. Describens autem viudas & sanctas, quid ait? Quia autem verè vidua est, & defolata, sperabit in Domino, & perficit in precibus & obsecrationibus nocte ac die. Ibi subiecit, quæ autem in delictu agit, viuens mortua est. Unde ergo vidua est? Quia non habeta auxilium aliunde, nisi solius Dei. Illa quæ habent viros, quasi superbiunt de auxilio virorum. Deserta videntur viduae, & robustius est auxilium earum. Ergo tota Ecclesia, una vidua est, siue in virtute, siue in fortitudine, siue in caritatis feminis, siue in adolescentibus, siue in senibus, siue in Virginibus. Omnis Ecclesia una vidua est, deserta in hoc saeculo, si sentit illud, si nouit viduatem suam. Tunc enim auxilium praesto est illi.] Aperte eodem, quod de vidua iudicem iniquum interpellante, habetur Luc. 18. Sanctus tamen Cyriillus lib. 5, in Esaiam initio, viduam tantum agnoscat fuisse Ecclesiam Gentium ante Christi mortem, quia tunc ab eo aliena erat. Postea vero fortior est virum profiteretur, siveque f. & os esse plures filios deserteret id est vidua. Est itaque Ecclesia, Christi sponsi, sponsa simul & coniux, & viro etiam superstite vidua, præter propositionem huius denominationis sensum, Ecclesiam, quod Christo crucifixo, & in celum profecto, alteri viro non commiscetur dici viduam, & cum tortura conferri, pulchritudine Chrysostomus hom. de Torture initio.

Quanto amore & affectu, sponsam hanc suam Christus prosequatur, passim ex scripturis discimus. Huc enim spectat, quod amica & columba & perfecta nominatur: quæ omnia ad affectum incensum designandum adhibentur, columba præterim nomen. Est enim columba, amoris perfecti coniugalis Symbolum, ut vide re est apud Aldroandum in Ornithologia. Multus est in hoc sponsi nostri affectu apertendo, Hugo Victorinus opus, de amore sponsi ad sponsam. Ex recentioribus vero Benzonius in psal. 86. c. 17. expeditus illud diligat Dominus portas sion. Sed nihil aequum affectum sponsi nostri erga sponsam suam prodit, ac facta & perspectives. [Propter multas animas, (inquit S. Bernardus serm. 68. in Cant.) in unam Ecclesiam colligendas, in unicam astringendas sponsam, Deus tanta multa & fecit & pertulit, cum operatus est salutem in medio terre. Charissima est illa viri, non adhaerens alteri sponsi, non cedens alteri sponsi. Quid ista non audeat apud tam ambitosum amatorem? Quid non ab illo speret, qui se quæsivit e celo, vocavit a finibus terræ? Nec modò quæsivit, sed acquisivit. Adde & de modo acquisitionis, in sanguine acquisitoris.]

Sectio V. Cap. I.

422

Mirum igitur non sit, si quod Origenes hom. 10. in Genes. pulchre prosequitur, hic sponsus in sponsa sua, monile praesertim patientiae depositat, ut videlicet sponsi sui decus praeceps, et muletur.

Christi connubium cum singulari pia anima

832 Quæ de Christi cum Ecclesia communio haec tenus sunt proposita, non in viuensam tantum Ecclesiam, sed in quamlibet sanctam animam cadunt. Acepit a modum circa hoc vi-
sus est S. Bernardus serm. 68. in Cant. concludit
tamen serm. 69. [Quoad hoc, in quo multi au-
dient, audier & vnu, sed alia ratione. Nempe san-
ctam multitudinem causæ supradictæ fidentem
faciunt, sanctam animam duplex quædam ratio.
Primo quidem quod habeat in natura simpli-
cissima sponsi diuinitatis quasi vnum respicere
multos, & quasi multos vnum. Nec ad multitudi-
nem multus erit, nec ad paucitatem rarus, nec
ad diuersitatem diuisus, nec restrictus ad vnum
nec auxius ad cutas, nec perturbatus seu turbu-
lentus ad sollicitudines. Sic sane vni intentus,
vt non detenus, scilicet pluribus, vt non distensus.]
Nimirum sicut Christus tradidit semetipsum
pro Ecclesia viuens, & sanguine suo compa-
ravit eam; ita pro unaquaque anima leuisum tra-
didit, & pretiosissimam sanguinis sui dotei nit-
meravit, eam prius abliuens. [Quemadmodum
(inquit S. Macharius ho. 27.) si sit Rex, qui na-
tus puellam quandam pauperem, pannois in-
dotam, non erubescat, sed ablatis fordis illius
indumentis & nigredinem eius ablatu, & splen-
didis eam induat vestimentis, quam etiam so-
ciac Regis constitutat, mensaque ipsius & con-
uiuij participem efficiat: Ad hunc quoque mo-
dum Dominus animam vulneratam ac cesam
offendit, præbuit ei medicinam, exiit eam artis
vestimentis ac turpitudine vitiotum, induitque
illam regis, cœlestibus fulgidis, ac gloriosis ve-
stimentis dininitatis, impofuit ei coronam, &
mensæ regi sociam fecit, in gaudium & exulta-
tionem.] Nec si meretrix, & omni criminum
illuvie sordens erat anima, ab hoc Christi con-
iugio arceretur, imo illico per ipsum coniugium
sit sanctissima & nitentissima, ut exemplis S. La-
tronis & Publicani monstrat S. Chrysostomus,
homil. in illud, *Astitit Regina*. Negat quidem
Origenes homilia 12. in Leuit. Christi sponsam
esse possi meretrem, aut eiectam, vel viduam,
quo accommodo omnino eleganter quæ de ta-
libus conditionibus sponsæ summi Sacerdotis
ibi expendit. Sed hoc intelligit de sponsa quæ
meretrix & polluta, vellet perire.

Plenissime de hoc connubio, eiusque splen-
dore, & necessario ad illud apparatu, Nyssenus
1. de sancta Virgini, c. 19. & 20. nec non Laurentius
Iustinianus libro de casto connubio Verbi
& animæ, & Hugo Victorinus libro de Nuptiis
spiritualibus. Sed quid paucos appendo? Scatent
patrum scripta elogiis huius connubij cum una-
quaque singulari anima. Tertullianus multa paucis
complexus est lib. de anima c. 42. dicens de ani-
ma. [Proinde cum ad fidem peruenit reformatum
per secundam Natuitatem ex aqua & superna
virtute dextra corruptionis pristina aulæ to-
tam lucem suam conspicit. Excipitur etiam à
Spiritu sancto, sicut in pristina Natuitate à Spi-
ritu prophano. Sequitur animam nubentem]

Spiritu Caro, ut totale mancipium, & iam non
animæ famula, sed Spiritus, O Beatum commun-
biuum, si non admiserit adulterium.] Ita passim
(vt Isidorus Pelus. obseruat lib. 1. epist. 417.) pas-
sim in qua ita nominant scripture, adhuc ho-
mem hominis ad res creatas, spacio sponso
Christo, quem ad inuidiam concupiscere, ut ha-
betur Iacob. 4. id est flagrare huius sponsi zolo-
typia, summum studium, cui in officio condi-
nenda demonstrat. Itaque summopere ei cau-
dum est, ne quam sponso offense causam pre-
beat, qua ab eo abiungatur, sed in timore memo-
re persecuerans, exequatur accurate monitum il-
lud S. Macarij hom. 15. initio [Animæ quæ Chi-
stus sponsus cœlestis sibi desponsauit in so-
cietatem suam mysticam ac diuinam, quæve gu-
flauerit opes cœlestes, diligenter & ingenuo
placere debet sponso suo Christo, ac minil-
lum Spiritus sancti sibi creditum, decenter &
conuenienter implere, nempe Deo placere per
omnia, & Spiritum in nullo contristans prela-
ram erga illum temperantiam etiæ dilectionem,
sicut oportet conservans in domo Regis cele-
stis recte conuerans, quacumque potest bene-
volentia sibi datum gratiam amplexa. Eiusmodi
anima omnium bonorum Christi Domina con-
stituitur, fitque corpus eius præclarum diuinis
illis habitaculum.] E contrario autem, que
se a sponso per adulterium abiunxerit, vnu
Spiritus sit cum Satana stuprator, omnibusque
bonis diuinitatis sponsæ Christi si in eius fide
pertinisset, prouisus, misericordie excidit. Quæ
firmitate & stabilitati tam sanctæ Societas,
omni ratione prospicendum est. Et quæ illa-
met dispositiones quæ fonera formam in ma-
teria, ibique retinent, ad eam item indicandam
sunt vnu, propterea præparationem animæ per
miles dispositionibus iis quibus cum sponso ha-
fura est, ad hoc connubium per eam inveniendum,
depositum Patres, estque ea optima ratio combi-
nandi inseparabilitati omninoq; tam Beati con-
iugij.

833 De præparatione animæ ad has nup-
tias per dispositiones earum quoque stabili-
conguentes, audi Cyriillum Catech. 3. initio,
[Animæ quæ cœlesti sponso copulande sunt,
præparentur: Vox enim clamans in deserto,
parate viam Domini. Res enim non parva est,
neque vulgaris & temeraria coniunctio sed spi-
ritus omnia perfruantur secundum fidem de-
lectus. Nam mundana connubia, non omnino
cum iudicio sunt, sed vbi vel diuitie, vel pul-
chritudo, illuc statim sponsus aspirat. Hic vero,
non vbi corporis pulchritudo, sed vbi irrepre-
hensibilis conscientia, non mammorum & dan-
nata diuitie, sed pietas animæ queritur. Credite
itaque filii iustitiae, Ioannini adhortanti & dicen-
ti: Parate viam Domini, auferte omnia impedi-
menta & scandala.]

Nihil vero aptius ad incendendum Spon-
satis affectum ut se ad has nuptias parare omni
studio, & in eis semel initis perfare obfirmari
semper velit, quam quod S. Bern. ser. 2. in Dom. pati-
mam post. Epiph. his verbis ei confidetam obicit. [Vnde tibi ò anima, vnde tibi hoc unde
tibi tam inestimabilis gloria, ut eius sponsa me-
rearis esse, in quem desiderant Angelii ipsi pro-
picere? Vnde tibi hoc, ut ipse sit sponsus tuus,
cuicunque pulchritudinem Sol & Luna mirantur; ad
cuicunque natura viuens mutantur? Quid terribes
Domino

Domino pro omnibus quae retribuit tibi, vt sis
socia mensa, socia regni, socia denique thalami,
vt introducat te Rex in cubiculum suum? Vide
iam quid de Deo tuo sentias: Vide quantum de
Deo presumas. Vide quibus brachis vicarię chari-
tatis redemandus & amplectendus sit, qui tanti
te estimauit, imo qui tantū fecit: de latere enim
fuo te reformauit, quando propter te obdormi-
uit in cruce, & ob hos somnum mortis exceptit.
Propter te à Deo patre exiuit: & matrem Syna-
gogam reliquit ut adhærens ei, vnu cum eo sp̄i-
ritus efficiaris. Et tu ergo audi filia & vide &
considera quanta sit erga te dignatio Dei tui: &
obliuiscere populum tuum, &c. Deserte carnales
affectiones, seculares mores dedicere, à prioribus vi-
tis abstine, confuetudines noxias obliuiscere.
Quid enim putas? Nonne stat Angelus Domini
qui fecerit te medium, si forte, quod auerat ipse
alterum admiserit amatorem? Merito ergo ex-
clamat S. Macar. ho. 27. initio. [Agnosce nobilitatem,
ò homo tuamque dignitatem, quam pre-
tiosus sit frater Christi, regis amicus, sponsa
sponsi celestis.]

Zelum Christi pro hac sponsa, & bonitatis
nouum genus in ea post fædationem (si inter-
ueniat,) recipienda, pulcherrimè prosequitur
Orig. hom. 8. in Exod. sub medium. Copulam hu-
ius coniugij accipe ex S. Ephr. l. de iud. extre-
& compunctione. [Qui anima indigna ad diuinam
participanda mysteria accesserit, scipsum condé-
nat, non purificans se, vt te Regem ac Dominum
in pectoris sui thalamum suscipiat. Est enim no-
stra anima, sponsa sancta facta immortalis spō-
ni. Nuptiarum autem copula, diuina sunt sacramen-
ta, per quā sancta anima iungitur sponso,
dum cum timore atque tremore dignè sumun-
tur. Attende igitur tibi ipse frater, thalamūnū
tuum iugiter immaculatum custodiare, & cœle-
stem sponsum, Christum Regem, in eo suscipere
contende.] Aponius lib. 6. in Cant. vñm sacra-
menti Eucharistie, ad animaē desponsationem,
per annulum, & osculi traditionē referre maluit.

*Prolis sacra, ex his nuptiis conceptio,
ac partus.*

834 De conceptione & partu prolis per ani-
mum ex hoc sponso, scitè omnino Hildebertus
Epist. 41. ad Adclam Comitissam, quæ quod alias
intemperanter viriliter monasterium ad anterio-
rem vitam expiadant cogitaret, hortatur illam
Hildebertus, data fide coniugij nihilominus cū
Christo inéundi, & prolis ex eo concipiendæ ac
patiendæ; eo quod, etiam alias iam maritatas,
aut etiam cum scelerate corruptas, non digne-
tur Christus habere vxores, ac etiam fecundet.
[De longe, (inquit) venientes zelatus sponsus
tuus: etiam se matutinū offerens, quæ nume-
rum perdidere maritorum, Christo itaque multi
vxores. Eius vxor, Agnes & Agna & Sustanna est.
Agnes, nullius nisi eius: Anna, post alterum, tam-
en eius: Sustanna similiter & alterius, & eius.
Quæ enim plus diligit, parit vberius; quæ plus
parit, dotatur ab eo sublimius: nulla tamen in-
dotata, quia nulla infecunda. Apud sponas
hominum (si verus est Physicus) in 5. anno fec-
unditas omnium conquiescit; quibusdam nulla
omnino filiorum benedictio est. Apud Christi
coniugens, non sic, nullam natura, nullam tem-
pus facit infecundam; omnis atas ab eo conce-
pit, & parit: In ortu quippe, sumunt Christi nu-
ptia principium. Virgines nascuntur omnes; cui
forti debetur in cœlesti thalamo principatus.
Fœmina fœminam generans, ante Dei socius est
quam hominis. Festuum tam festinum coniugium!
Fœlix vix nata, & iam nupta, Angeli
enim neque nubunt, neque nubentur, quorum
conditio sexum ignorat. Nam de cœteris Chri-
sti coniugib⁹, quid loquere, quibus exuberat in
senectute fecunditas? Anna fecundior octoge-
naria quam iuuenula fuit. Vnum Sara genuit
Abrahæ filium; Domino plures; Omnes, (scit
Salomon ait,) gemelli fœtibus abundant, & fœ-
tibus non est in eis. Hæ sunt qua cum Propheta
dicunt, à timore tuo concepinus & dolimus &
peperimus, spiritu saluationis fecimus super ter-
ram.] Subdit de iusto metu ne quæ concepit,
aborsum faciat. [Delicatus profecto conceperit,
& excuti facilius ante partum! Mille sunt venci-
tia Domonum, quibus iniectis, vel rude semeis
penitus deficerit, vel enecari iam formatum
confuevit.] Concludit tandem, [Fœlix si ludat
& exultet apud te, tam beata progenies, felicior
autem si de ea tuus triumphare non poterit ini-
micus. Fortassis ignotas: sed in infuscis huius-
modi superstites adhuc Pharaon debacechatur; in-
uidiam quam cepit ante partum, constanter
exercens & post partum: quos enim conceptos
doluit, editos mergit in flumine, nefcens cum
iam natis in gratiam reveri, quos oderat nasci-
turos. Persegitur ergo illos vñque in hodiernum
diem, nec pudet congregi superatum, dummo-
dū speret alium superare. Siue igitur parturias
adhuc, siue iam educes quod peperisti, illum ti-
me Pharaonem, quo sicut nihil peruerstus est,
ita nihil astutus.]

Eadem mens Guerrico serm. de Ann. vbi sub
finem, monstrarit primū, concipi Christum à fidelis
anima exemplo B.M. & quam id sit iubilime, ex-
pendit; tum concludit. [Gratias tibi sancti S. qui
vbi vis spiras. Video mūrem tuo non vnam sed
innumeras fidelium animas, illo generoso germe
grauidas custodi opera tua, ne aliqua aliarum
abortiat, conceptumq; diuinæ sobolis, informant
aut mortuum excutiat. Vos quoque 6 matres
beata, tam gloriose prolis, attendite vobis ipsissimis
donec formetur Christus in vobis: attendite ne
qua foris offensia grauior foetum tenerum laedat,
ne quid ingeratis ventri, idest, inenti quod sp̄i-
tum quem concepsisti extinguat. Parcite si non
vobis, certè filio Dei in vobis, parcite inquam,
non solum ab operibus & sermonibus malis, sed
etiam a cognitionibus noxiis, & delectionibus
mortiferis, qua planè suffocant semen Dei. Om-
nī itaque custodia seruare corda vestra, quia ex
ipsis vita procedet: cum scilicet matutus se partus
absolut, & vira Christi quæ nunc abscondita est
in cordibus vestris, manifestabitur in carne ve-
stra mortali. Concepisti spiritum salutis, sed ad-
huc parturias, nondum peperisti. Si labor in
parturiendo, magna de lice partus consolatio.
Mulier cum parit, tristitiam habet & labores, cum
autem pepererit puerum, iam non memor erit prefa-
sura proper gaudium, quia natus erit homo. Christus
in mundū exteriore corporis nostri, quod
& minor mundus solet appellari. Qui enim
nunc conceptus est Deus in spiritibus nostris,
configurans eos spiritui charitatis suæ, tunc ve-
lut homo nascetur in corporibus, configurans
ea corporis claritatis suæ.]

Theoph. Raynaudi de Atrrib. Christi.

HH h

Nec

Nec prolem sic conceptam, expertem admonitionis reliquit idem Guerrius serm. 3, eiusdem argumenti. Nam quamvis in conceptionibus corporeis, proles quippe rationis vnu destituta, incapax sit cui adhortatio adhibetur, tamen de spirituali prole, etiam cum primum concipitur, alia est ratio. Itaque diuinam hanc prolem haud absimili modo quo Christus eius pater editus est, variè ibi admonet Guerrius. Sed de hoc inferius.

Virgines Sacrae, speciali titulo Christi sponsae.

835 Quamvis autem Christus ad modum praedictum, cum quavis anima sancta immaculatum conubium ineat, speciali tamen titulo, **Virgines sacrae, sponsarum Christi titulum reportant.** In quam rem **A&a. S. Galli Abbatis, insigni plane exemplum subministrant,** Frideburgae Guzonis Ducis filiae quam Rex Siegerbertus 2. sibi desponderat vxorem. Verum ante nuptias facta est acceptitia, postmodum tamen S. Galli precibus lospes reddita, cum Rex denuo nuptias cum ea cogitaret, furtim induit Virginitatis professae indicem vestem: & contestata semper sibi vincum sponsum fore Christum Dominum, vti voto emissio per tempus Energumini- mi receperat, tenuit cornu altaris. Nolum in Christi sponsi iniuriam, procus sponsa eius, esse Siegerbertus. Itaque fide data, puellam ab altari retrahit, & iussam Regis (perinde ac verius Reginam,) indui vestibus, corona insuper redimictrum, apprehensa eius dextera, denuo ad altare redirebat, manus apprehensa collocazione super altare, tradidit Christo, aeternis cum ea nuptiis federandam.

Vnamis est vox SS. Patrum, Virgines sacras quarum pudicitia religiosis nexibus Deo addicta est, sponsas Christi esse, & Christo nubere. Tertullianus lib. 1. ad vxor. cap. 4. inde prouocat vxorem ad Monogamiam, & vitandas iteratas cum spuso mortalii nuptias. [Aduersus concilia (inquit) concupiscentiae carnis, adhibitorum nostrorum exempla, quarum nomina penes Dominum; qua nulla forma vel aetatis occasione pressa, maritis sanctitatem anteponunt. Malum enim Deo nubere: Deo speciosae, Deo sunt puellae.] Addit de dote quam Deo assignant, & muneribus maritalibus quae inde reportant. [Indignaris (ait Hieronymus Epist. 2. 2. matrem alloquens quae filia Virginitatem captanti non annuit) quod filia voluit militis esse vxor, sed Regis. Grande tibi beneficium praetitit. Socrus Dei esse cepisti.] Bachianus sub fine Epistole ad Ianuarium, pro monacho & monacha lapsis recipiens, saepè iterat, virginem sacram tametsi pollutam virum habete Christum: & confers cum vxoribus Davidis ab incestuoso filio pollutis, & cum illa Corinthia, quae filio mariti, vxor fuit per fornicationem qualis nec inter Gentes. Eo s'and titulo quod sponsa Christi sint, venerabilissimus semper fuit virginum gradus, vt & S. Cypriano sub initium libri de disciplina, & habitu virginum, aperte habetur: & ex illis quae proferunt S. Hieron. l. 1. in Iouin. ac saepè alibi luculentiter idem tradunt Gregorius Nyss. lib. de Vera Virginitate cap. 19. & 20. & S. Ambros. in vetnassimo opere de Virginibus, quod splendido elogio cumulauit S.

Hieron. Epist. 22. quæ est ad Euystoch. de casto. Virg. nec non S. Adelma. l. de laud. Virginitatis.

De prerogatiis huius conubij multa pa- cies constipant S. Fulgentius Epist. 7. cap. 9. & quod tantum sustollit supra mortale & carnale, l. Quantum similitudo pecorum ab imitatione discernitur Angelorum. In uno quippe ad terram Spiritus, terrena carnis voluntate deponitur. in altero autem terrena caro, celestis delectatione spiritus ad celestia subleuator. Ad placendum quippe carnali coniugio lapè mundana mentem cuia sollicitat: ad placendum vero spirituali conubio, mens dulcedini celestis cogitationis intenta corpus suum spirituali pin- gue scens delectatione castigat. In opere corporalium nuptiarum, Virginitas carnis amittitur, vt ad carnis fecunditatem veniat: ubi tamen nonnunquam sic incertæ spei fructu fiaudatur humana delectatio, vt quæ virgo esse destinet, mater esse non possit, & sterilitatis obstaculo coëcita, nec in corpore queat reparare quod perdidit, nec ex corpore valeat habere quod curat. Plerumque (quod est grauius) grauiore dolore factus carnis perdit, quos graui dolore sufficit. Et ad hoc paries particulariter gemitus que tollerat, vt amittens quos cum genitu pepererat, deriuat gemat. In copula vero matrimonij spiritualis cum spono Christo sic coniungatur anima, vt etiam caro seruetur intacta. Quanto magis Virginialis integritas viget, tanto magis immortalis fecunditas pollet. Sic enim ibi non est mortalis fructus ex corpore, vt immortalis factus non desit ex corde. Ibi maritalis accessus non vitiat corpus, quia Christi spiritualis amplexus, & animam seruat & corpus. In tali coniunctio nulis effectus & stuant cupiditat concedunt, quia sanctæ charitatis fervore, refrigerio spirituali nutritur. O angelicæ imitationis in humana in hominibus virtus: O ineffabile superni sempiterni que muners decus? Quod qui accipiunt, hoc meditantur in carne mortali, quod sunt immortalitate sumptui.]

Optatus item Mileuitanus l. 6. contra Parmeniam de his nuptiis sacrarum Virgin. cum Christo & prærogatiis tanq; sancti commercij, plenaque & luculenter tradit, agens de mutatione metallorum in capitibus Sacrarum Virginum facta per Donaftas rerum potentes, quos querunt nuptias earum Christo recidisse. Sed & Liberius Papa apud S. Ambrosium initio tertii de Virginibus, Marcellinam ipsius S. Ambrosii sororem, religiosum habitum indiens, pulchritudine his nuptiis differit. Has nuptias, Aprix filia suadet quantum potest S. Hilarius Epist. ad eam, in qua utpote ad puellam scribens, demissi stylum, quod Erafmo imposuit vt illam Hilario abundaret; cum tamen ea Epistola à Venantio antet tot secula sit agnita pro legitimo fœtu S. Hilarij. In ea igitur Epistola sponsi Christi pulchritudinem, & infinges vestes, ac munera quo sponsa tradit, sib ingentius commenti inchoato proponit. S. Hilarius. Plenè item de his ornamentis Hugo Victor. f. 9. Velamen idcirco S. cris Virginibus profertenibus Virginitatem impositum quod spiritualiter nubant ait Innocentius l. Epist. 2. ad Vietricium cap. 12. est enim velamen (vt alibi plenius, dixi.) signum additionis feminæ ad unum virum, à quo s' deinceps sit conspicienda, negotio alijs suis conspiceta

Usus Doctrinæ.

De Christo Sponso.

conspicuū, qui mēritām querentibus p̄st̄at. Quare flammē imposito, perspicuum est mystici huius connubij Virginum cum Christo Sponso argumentum. De huius sponsi dotibus & sponsarum felicitate egregie Hildebertus epist. 36. quæ est ad quandam Virginem sub finem. De amore huius sponsi per Sacras Virgines, insigniter S. August. lib. de sancta Virginitate cap. 54.

Idem de quavis in religioso statu persona.

836 Speciali item iure, ij qui religiosum statum capessunt, & calcato mundo addicunt se Christo, sponsatum eis nomen referunt: præsertim si religiosæ vita decota exprimant factis, nec vacuum & inane nomen ostentent, sanctus Bernardus serm. 85. in Cant. de vero religioso Christum vita & moribus referente, prefatus aliqua, ita statuit. [Ex quo iam gradu audet quæ eiusmodi est, cogitare de nuptiis. Quidni audeat, eo se nubilem, quo similem cernens; Non terret celsitudo, quam sonat similitudo, amor conciliat, professio maritat. Professio forma haec est: *Iurauī, & f̄tū christod e iudicia iustitia tua.* Hanc secuti Apostoli, aiebant. *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te.* Simile est illud quod in carnali quidem dictum, Christi & Ecclesiæ conubium spirituale significavit. *Propter hoc relinquet homo patrem suum & matrem suam, & adhæret vixi sue, & erunt duo in carne una.* Et apud Prophetam gloriatio maritata, *Mibi autem adhærente Deo bonus ejf, ponere in Domino meosper meam.* Ergo cum vi-deris animam relēctis omnibus, Verbo votis omnibus adhætere, Verbo viuere, Verbo se re-gere, de Verbo concipere quod pariat Verbo: quæ possit dicere. *Mibi vivere Christus est, & mori lucrum:* puta coniugem, verbōque marita-tam. Confidat in ea cot viri sui, sciens fidem, quæ pro se omnis spreuerit, omnia arbitratur ut sibi ipsum luci faciat.] Præclarè quoque de his Christi cum Religiosa anima nuptiis Petrus Damiani Opus. 10. cap. 1. occasione Blanche Comitissæ quæ relicto seculo & deliciis amplissimis Principatus, Christo se iuxerat in Religiōs instituto.

Omnis has sponsas, ad Christi sponsi amo-rem virgere licet verbis illi S. Ambrosij in cap. 5. Luce sub fine. [Bonis sponsis Dominus Iesu; hic nouo partu naturam nostram initiauit; huic despontata, corruptelis carnis absolvitur. Non filios mortales requirit, non Eua delecta-tur doloribus: non virum obnoxium culpe, non hæreditatem condemnati patris requirit. Vedit enim carnis vlcera, quam antea concu-piscet; aduertit non esse pulchritudinem veram, quæ vitiorum habeat deformitatem. Et idē quid tibi cum tali sponso feminæ: Requie-diligerent, & in omni corpore inuenies ci-catricem. Cognoscet alium magis sponsum, qui circundat luce, cuius species non potest inter-ire. Hunc tolle in animum tuum, consecra in templo tuo, tolle in corpore tuo: sicut scriptum est, *Tollite dominum in corpe vestro.* Huius thalamos ingredere nonos, huius spectaculo peregrinum decorere, hunc indue, hunc vide ad dexteram Patris, & gaude quia talem habes sponsum.]

Theoph. Raynandi de Attrib. Chriſſi.

837 Non plura, de sponsæ Christi, cùm generatim cum speciatim dicta, decoribus ac prærogatiis. Quam verò è contrario infelix est anima, quæ p̄preto tali sponso aliam capitat, & quidem teterimum & horrendum, ex quo horrendam sobolem edat. [Est execrabilis, (inquit Origenes hom. 2. in Numeros sub invenitum.)

corporis etiam fornicatio. Quid enim ita execrabilis, quam templum Dei violare, ac collere membra Christi, & facere membra meretricis? Multo tamen magis execrabilis est generalis illa fornicatio, in qua omne genus peccati pati-riter continetur. Generalis autem fornicatio dicitur, cùm anima qua in consortium Verbi Dei ascita est, & matrimonio eius quadammodo sociata, ab ullo, alieno scilicet, & aduersario illius viri qui cam sibi despontin fide, corrumpit & violatur. Est ergo sponsus & vir animæ mundæ & pudica, Verbum Dei, qui est Christus Dominus, sicut & Apostolus dicit: *Volo auem vos vni viro Virginem castam exhibere Christo.* Timeo autem ne forte sicut serpens seduxit Euam astutia sua, sic corrumptantur sensus ve-stiti à simplicitate quæ est in Christo Iesu. Dó-nec igitur anima adhæret sponso suo, & audit Verbum eius, & ipsum complectitur, sine dubio ab ipso semen solliciti Verbi: & sicut ille dixit, *De timore tuo Domine in viero concepi, ita & hec dicit, de verbo tuo Domine in ventre concepi, & parturui, & spiritum salutis feci super terras.* Si ergo sic de Christo concepit anima, fecit filios pro quibus dicatur ad eam, quia salva erit per filiorum procreationem, si permanescerit in fide & charitate & sanctitate, cùm sobrietate, etiam si prius sicut Eua seducta fuisse anima vi-deatur. Est itaque verè beata soboles, vbi con-cubitus factus fuerit anima cum verbo Dei, & vbi complexus ad iniicem dederint. Inde na-cessetur generosa progenies, inde pudicitia ori-etur, inde iustitia; inde patientia, inde mansuetu-do, & charitas, atque omnium virtutum propoles venetanda succedet. Quod si infelix anima, di-uni Verbi derelinquerit sancta connubia, & adulterinos se complexus Diaboli, aliorūque Dæmonum illecebribus deceptam tradiderit, generabit sine dubio etiam inde filios; sed illos de quibus scriptum est; *Fili⁹ autem adulterorum imperfeci erunt, & ex iniquo concubitu semen exterminabitur.* Omnia ergo peccata, filij forni-cationis. Vnde & ostenditur, quod per singula quæque quæ gerimus, parit omnia nostra & ge-nerat filios, sensus scilicet & opera quæ gerit. Et siquidem secundum legem est id quod gerit, & secundum Verbum Dei, Spiritum parit salu-tis, & propterea salvabitur per filiorum genera-tionem, & isti sum filii, de quibus Propheta di-cit; *Fili⁹ tui sicut nouella olivarum in circuitu mera ina.* Si verò quod agit, contra legem est, sine dubio ex conceptione contrarij spiritus mal-alignam sobolem gignit. Parit enim filios peccati. Et ista sunt maledicta generationes, in quibus à nonnullis sanctorū, maledicuntur etiam dies in quo nati sunt. Nunquam est ergo quando pariat anima. Anima semper parit, semper ge-narat filios. Sed illa quidem benedicta genera-tio

HII h. 2. est,

est, quæ de Verbo Dei concepta generatur, & ista est filiorum generatio, per quam salua fieri. Si autem, ut diximus, ex contrario Spiritu concipiatur, certum est quia pariat filios ira, aptos ad interitum.]

Tali animæ, pro viro Christo, vir succedit Diabolus: quod concinere expressit idem Origenes hom. 12. Leuit. sub finem & hom. 10. in Genesim tractans illud de Rebecca, *virgo erat & vir non cognoverat eam*, quod sic Glosat. [Nec hoc frusta scriptum est de ea. Verumtamen mouet me, quid est quod dicitur, *Virgo erat, vir non cognoverat eam*: quasi verò aliqua sit virgo quam vir contigerit. Et quid tibi videtur additamentum in Virgine, ut dicatur, *quia vir non cognoverat eam*: Est enim aliqua virgo quam contigerit vir? Sæpè iam dixi quod in his historiis narrantur, sed mysteria contextuntur. Tale enim in hoc aliquid indicari puto. Sicut Christus anima vir dicitur, cui venit ad fidem: ita & huic contrarius vir ille est, cui nubis anima cum declinat ad perfidiam. Ipse ille qui & inimicus homo dicitur, cum lolum superferit tritico. Non ergo sufficit anima ut calta sit corpore; opus est, ut & vir hic pessimus non cognoverit eam. Potest enim fieri, ut habeat quis in corpore Virginitatem, & cognoscens istum virum pessimum Diabolum, argue ab eo concupiscentia facula in corde suscipiens, anima perdiderit castitatem. Quia ergo Rebecca virgo erat, sancta corpore & Spiritu, idecirco eius duplicate laudem, & dicit, *virgo erat, & vir non cognoverat eam*.]

838 Q[uod] eis modi non sunt Satanam virum fortinuntur, sinitque eodem cum eo luetu digna. I. quantum sit quānque acerbus esse debet, audi S. Macharius hom. 15. post descriptam felicitatem anima Christo sponsa copulata. [Si verò quid aberret, aut in ministerio suo quipiam agat præter decorum, nec egerit quæ Dominio grata sunt, & voluntati eius non fuerit obsecuta, neque cum gratia Spiritus secum habitante cooperata fuerit, tum contumelia atque ignominia afficitur, ac velut iniulis minimisque conueniens societati Regis cœlestis, vita priuatorum tandem illa tristitia, mæcrore ac luetu cum omnibus. Lætis ac spiritibus intellectu & talibus conficitur: Angeli Portantes, Apostoli, Prophetæ, atque Martyres, lugent eius causa. Quemadmodum enim *gaudium est in celo*, (ut inquit Dominus) *super uno peccatore penitentiam agentem*; ita tristitia multa est & luxus in celo propter unam animam ab eterna vita cadente. Et sicut in hoc seculo si quis dues obierit, cum cunctu lugubri lamentatione & planctu efferrit a vita per suos fratres, cognatos, amicos, & familiares: ita propter unam animam omnes sancti lugent, lamentantur, ac voces lugubres emituntur. Atque hoc alibi subindicat Scriptura: *Cecidit Pinus, lugere Cedri.*] De exultatione è contrario dæmonum, ob depradationem bonorum miseræ huic sponsa à cœlesti sponso collatorum, leges Origenem hom. 8. in Ezech. in fine.

De Hæresi, & Pagani mo, ac quacumque infidelitate vxoribus Diaboli, unde infensa proles ex malo semine execrandorum seminum concipiatur. Videndum Anastasius lib. i. Hexaëm Gelatius Papa initio tractatus contra Andromacum Lupercalium restitutorum, ex eo quod

quod Christianus quilibet sit membrum Ecclesiæ que est Christi sponsa, colligit omne mortale peccatum Christiani, esse adulterium corporali & carnali grauius, quo animam a deo sposo suo abiungere, tertius est, quæ mulierem à viro mortali auellere. [Agnolant, (inquit,) non tantum corporali adulterii esse peccatum, quod & discuti debet & iure puniri, sed quod in quolibet Christiano, (qua membra omnis Christianus Ecclesia est,) competitor, debet vindicari. Tanto enim sacrilegi manus est crimen, quanto anima fornicatio petor est corporis. Nam per animæ fornicationem ab ipsius Dei coniunctione disceditur, atque ad immunitus piritus, spiritualis adulterij genere, trans-

839 Et quia specialiter Religiosos sponsos Christi esse monstrauimus, audiendus est Petrus Damiani serm. 33. in fine, monstrans quanta reverentia & linguae subiectate, debent exornari Religiosi, eo nominatim titulo perfenso, quod sicut sponsa Christi. [Anima nostra, (inquit,) superni Regis est sponsa, quia accepto pignore sancti Spiritus, signaculo Fidei est dotata. Maneat ergo in suis penitentialibus Virgo, non indecenter in publicum prodeat, non per oris limen egressa, in superuacua se verba, ac facula inaniter fundat, ne deuiae eam spousta modesta pudicitia sua gravitate consperferit, quandoque obiurgans, dicat: *Si ignoras te & pulchritudinem mulieris, egredere, & abi post vestigia regna.* In cubiculo igitur sue Virginali more residat, ois ostium clausum teneat, & nunquam nisi que ad cœpedandum pertinent sponsi celestis adventum, locutura procedat; sub umbra se silenti reprimit, ne decolor videatur; ab omni secula negotij secularis abscondat, ut non immergit possit alacti voce cantare: *sub umbra illius, quem discederabam, sedi, & fructus eius dulcis gaudium meum: introdus in me Rex in cellam vinarium, ordinans in me charitatem.* Solent autem sponsæ nobilium, diuersas pigmentorum species mandando per ora reueluere, ut aduentibus processis, flagrantius vealent, ac suauius redoleant. Anna etiam nostra cepas, alia, & quidquid terrena prudenter acutitudinem ferunt, profutus absorberat. Cassiam verò assidue orationis, statim Secretæ lectionis, Psalmiarum cinnama, & cuncta odoramenta spiritualia aromata ingredi fugato contendat. Christus sit, omne quod loquuntur, omne quod delectatur; omne quod sapienter, quod vivit; Christum spirit, Christum flagit, Christum astuet, Christum ore pronuntiet, Christum affida cordis meditatione pertractet. Amare alium nesciat, hunc solum, totis visceribus inardescat. Illam summis deliderij vocibus clamet, illam ad se venire, suspirat, & crebris genitibus pronocet; illud diversis adornata, virtutibus, ipsa sui pulchritudine, ut ad eum ingrediatur, inuitet: quatenus dum ad se cum, cui astatat, cui anxiatur, cui inhiat, venire persenserit, profutus gratolabunda alacriter clamat, dicens; *Vox dilecti mei pulsantis, apri seror mea, amica mea, immaculata mea;* ac deinde subiungit: *surrexi aperi direlio meo.* Felix anima, cuius thalamum, cœlestis ille sponsus ingreditur, ac indissolubile fibi perpetui amoris nuptio copulatur: quæ nimur sine intermissione celebrat nuptiale coniugium, & indeſcimente copia

Christus Pater futuri seculi. 427

copia cœlestium fructus epularum. Felix, in quam anima, quæ dum diuinæ gratia rore perfunditur, cœlesti mox sobole fecundatur. Sic nimur arcfacta carni, germinat sibi; mortua mundo viuit Deo, viuente, atque regnanti in sæcula sæculorum. Amen.]



CAPUT II.

Christus, Pater futuri seculi.

DONATVR hoc nomine Christus Isaia 9. sed de eius notione ambigi potest. Pro triplex namque notione nominis *Pater*, triplex Iesus haberi potest illius denominationis Christo tributa.

Patrias notiones variae, in Christum carentes, pro Domino, Praeceptore, ac Genitore.

840 Interdum ergo, *Pater*, idem sonat quod *Dominum*, ut videre est in historia Naaman, vbi serui indignabundum Naaman iamque reuocantem gradum, abscessione prohibentes, sic affantur. *Pater est rem grandem dixisset tibi Propheta.* Vbi vox *pater*, idem plane sonat, ac Dominum. Et hoc sensu hunc Christi titulum in quo versamus, accepit Rupertus l.1. in Marth. ad illud, *vocabitur nomen eius Emanuel.* Et lib.2. in Esaïam cap. 3. Christum enim in altera vita, post exactum iudicium, non vt Dominum in seruos sed vt patrem in filios regnantes, patrem futuri seculi dictum censet. Tertul-lib. contra Iude. cap. 10. aperte suffragatur. Quod enim habetur apud Isaïam *pater futuri seculi*, vertit hoc modo, *nonus Rex sæculorum Christus.* Nec dissimiliter lib. 3. in Marcionem cap. 19. in euilem loci Esaïæ expensione Christum *nouum regem, nouorum evorum appellat.* sic accepit hanc Christi paternitatem Alcazarius in c.1. Apoc. v.4. not. 5.

Alias vero *pater* significat Magistrum; cum in Scripturis, ut habet S. Hieron. in cap. 16. Ezech. & alii Patres prolati lib.4. de Virtutibus num. 426. tum etiam apud profanos, ut tradit Clemens Alexand. Strom. cap. 2. initio, Vnus S. Basilij locus in cap. 1. Esaïæ ad illud, *Vob genti peccarici semini nequam, rem conficit.* [Consentaneum, (inquit), prōinde est & valde secundum naturam, semen referri ad filios. A semine enim ad hoc progreditur natura, ut generentur filii. Nec id modò secundum generationes corporum, sed & iuxta animas promotionem per doctrinæ feminam, sicut auditores fulcēptis doctrinæ eò usque promouentur, ut mortuū similitudine suos exprimant Doctores; quare & filii appellantur, siue filii regni, cum exceptis salutaris doctrinæ feminis, secundum ea degentes perficiuntur, aut gehennæ filii: siquidem per peruersam & improbatam doctrinam, sibi ipsis concilient perditionem.] Et hoc sensu, esse Christum, futuri seculi, eius inquam orbis terre futuri de quo Apostolus, parentem; id est præceptorem, sacra oracula sæpè produnt, vt infra videbimus. Inſinuātque hanc Christi

paternitatem S. Cyril. lib.4. in Esaïam, eum supra formationem naturalem, & eam quæ est per Spiritus sancti infusionem, profert eam quoque formationem qua intelligibiliter conformamur per diuinam scientiam.

Est tertius, isque ex vocum cortice per se obvius sensus, quo Christus futuri seculi pater dicitur, quia de sponsa sua Ecclesia genuit beatam illam progeniem de qua Psal. 21. annun-ciabitur Domino generatio ventura, & annun-ciabunt cœli iustitiam eius, populo qui nasceret quem fecit Dominus. Et hoc peculiari modo, considerans hoc loco nobis venit Christus Dominus, ut pater futuri seculi. Huius rei gratia, obseruanda est multiplex generatio & natuitas nostra. Triplicem proponit Nazian. carin. ad Vitalianum Filiorum nomine. Prima est, quia ex sanguinibus, & voluntate carnis ac viri procreamus. Secunda est, quia in Baptismo ex Deo nascimur, renati ex aqua. Tertia qua abstergit vi-tiis inter liberè agendum, adnatæ, formam nouam recte operando nobis ipsis aptamus ac inducimus, iuvante Deo. In quam rem egregie philosophatus Nyssenus hom. 6. in Cant. Ex his tribus generationibus, prima non est ad rem præsentem, tametsi omittenda non fuit quia per ordinem ad eam præsuppositam, secunda vocatur regeneratio, & in ea dicimus renasci. Prima ergo illa apud Nazianzenum generatione dimissa, quia (vt dixi,) ad rem non facit, hæramus in aliis, si tamen plutes reuera statui debent, cum eodem relabantur amba, ut mox patet. Duo autem hic præstanta video; nempe primò ut liqueat, Christum esse patrem. Se-cundò ut conferat esse patrem futuri seculi.

De Christo spirituum genitore, Testimonia.

841 Patrem Christum, & Scripturæ densa testimonia, & manifesta ratio statuit. Ex Scripturis luculentus est locus Isaïæ c. 44. memento horum Iacob & Israël, quoniam seruus meus es tu. Formauit te, seruus meus es tu Israël, ne obliuiscaris mei: delevis ut nubem iniquitates tuas, & quasi nebulam peccata tua. Reuertere ad me quoniam redime me. Eum locum de Christo cœle, S. Cyrillus lib.4. in Esaïam, colligit ex redemp-tione & remissione peccatorum, quæ Christi sunt opera. Et tamen disertè vocat se formatorem, id est patrem mystici Israëlis hac est, Christianorum. Origenes quoque hom. 6. in Exod. de Christo accepit illud Deus Patris mei. Quia enim Christus ipse, patrem vocat Deum suum, idcirco Origenes Deum patris nostri, interpre-tatus Deum Christi, qui pater noster est nō que fecit & genuit. Concinnissime Bracharius ferè in fine, Epistolæ ad Ianuarium pro lapsis recipiendis, ait Christi filios esse Christianos in Ecclesiastici fontis vtero, & secreti perplexique vulva mysteri satos, ut ex eo infira referam. Sed addit probationem ex verbis Christi in quo lapsus memoria est. Christum enim inducit, allo-quentem his verbis Apostolos. Iam non dicam vos seruos sed filios, locus est Ioan. 15. vbi non filios sed amicos habet Getmans lectio. S. Augustinus serm. 109. de temp. sub finem, agnoscit hanc Christi paternitatem. [Quia duo parentes non generunt ad mortem, duo parentes non generunt ad vitam. Parentes qui nos ge-

HH 3 nuerunt